J. A. COMENII
JANUA LINGUARUM RESERATA
Cum Graeca versione
THEODORI SIMONII HOLSATI,
Innumeris in locis emendata a
STEPHANO CURCELLAEO,
MDCLXV.
Quod opus electronice transcriptum a
PHILIPPO VOLUCRE,
Innumeris in locis emendatum a
ROBERTO LIONELLO,
Variis in modis auctum ope
RANDY GIBBONS,
MMXIV.



Last updated: 16 Oct. 2020

INDEX TITULORUM.

JANUA LINGUARUM RESERATA.	Η ΤΩΝ ΓΛΩΤΤΩΝ ΘΥΡΑ ΑΝΕΩΓΜΕΝΗ.	γλώττα, ἡ — lingua, sermo unicuique genti peculiaris. θύρα, ἡ — janua, ostium, porta, fores.
I. INTROITUS.	I. ΕΙΣΟΔΟΣ.	εἴσοδος, ἡ — ἡ εἴσδυσις, introitus, aditus.
1. Salve, lector amice.	1. Χαῖρε, ὦ φίλε ἀναγνῶστα.	ἀναγνώστης, ὁ — lector. φίλος -η -ον — φίλιος -ία -ιον (et -ος -ον), amicus, carus.
2. Si rogas quid sit eruditum esse, responsum habe: *Nosse rerum differentias et posse unumquodque suo insignire nomine.*	2. Πυθόμενος τί τὸ λόγιον εἶναι, ταυτηνὶ τὴν ἀπόκρισιν λαβέ· Τὰς τῶν ἁπάντων διαφορὰς εἰδέναι, οἷον εἶναι, ἕκαστον ὀνομαστὶ ἐκφράζειν.	ἐκφράζω — ἐκφωνέω, enuntio, eloquor. τὸ λόγιον εἶναι — πεπαυδεμένον εἶναι, doctum esse. οἷός τ’ εἶμι — possum. ὀνομαστί — suo nomine. πυνθάνομαι — ἐρωτάω, ποιέω ἐρώτησιν, interrogo, quaero. (πυνθ. τινά τι, τινός τι, ἐρ. περί τινος.)
3. Nihilne praeterea? Nihil certe quidquam.	3. Οὐδὲν δὲ παρὰ τοῦτο; μηδὲν ἀτεχνῶς.	ἀτεχνῶς — ἀληθῶς, ἦ μήν, δῆτα, γε, γοῦν, ἀμέλει, utique, certe, prorsus.

		παρὰ τοῦτο — προσέτι τούτοις, praeterea. (προσέτι — adhuc, insuper.)
4. Totius enim eruditionis ac literaturae fundamenta posuit qui nomenclaturam naturae et artis perdidicit.	4. Ὁ γάρ τοι μαθὼν τὴν τῆς φύσεώς τε καὶ τῆς τέχνης ὀνοματοθεσίαν, ἁπάσης παιδείας κρηπῖδα καλῶς ὑπέθηκεν.	καλῶς — ὀρθῶς, bene, pulchre. κρηπίς, ἡ — τὸ θεμέλιον, ἡ βάσις, fundamentum; alibi crepida, soccus, *calceamenti genus.* ὀνοματοθεσία, ἡ — ἡ ὀνομασία, nuncupatio, nomenclatura. παιδεία, ἡ — ἡ παίδευσις, doctrina, eruditio. τοί — particula enclitica vim adhibens.
5. Sed id difficile forsan?	5. Τοῦτο δὲ τάχα που δυσχερές;	δυσχερής — δύσκολος, difficilis. τάχα που — ἴσως, κατὰ τύχην, forsan, fortasse.
6. Est, si invitus feceris aut praeveniente imaginatione (praeconcepta opinatione) teipsum terrueris.	6. Ναί, ἀκουσίως ταύτῃ τῇ σπουδῇ ἐπιχειροῦντι, καί γέ τοι φανταστικῇ προλήψει ἑαυτὸν ἐκπλήσσοντι.	ἀκουσίως — praeter voluntatem, non libenter. ἐκπλήσσω — terreo, perterrefacio. ἐπιχειρέω — aggredior. καί γέ τοι — et. ναί — sane, utique. πρόληψις, ἡ — suspicio. σπουδή, ἡ — studium. φανταστικός — vanus, inanis, speciem meram habens.
7. Tandem si quid asperitatis erit, initio erit.	7. Τέλος, ἅπαν ἐν ἀρχῇ δυσμεταχείριστον.	ἀρχή, ἡ — principium, initium. δυσμεταχείριστος — tractatu difficilis. λευκός — albus, candidus. τέλος — tandem.
8. Annon et literarum characteres (ductus) pueris primo intuitu mira monstra videntur?	8. Ἆρα μὴ (οὐχὶ) οἱ τῶν γραμμάτων χαρακτῆρες τοῖς παιδαρίοις τὸ πρῶτον αὐτοὺς θεωροῦσι θαυμάσια τέρατα φαίνονται;	ἆρα μή — annon. θαυμάσιος — mirus, admirabilis. θεωρέω — specto. οὐχί — annon, nonne. παιδάριον, τό — puerulus, puellus. τὸ πρῶτον — primum. τέρας, τό — portentum, prodigium. φαίνομαι — videor. χαρακτήρ, ὁ — figura, forma.
9. Ast ubi paululum impenderint operae, ludum et jocum esse animadvertunt.	9. Ὀλίγον δὲ πρωὶ τούτων σπουδάσασι παιδιά τις δοκεῖ.	δοκέω — videor. ὀλίγον, τό — paullulum. παιδιά, ἡ — lusus. σπουδάζω περί τινος — operam do alicui rei.
10. Idem in omni re evenit, ut aspectu exteriore operosa appareat.	10. Θαμὰ συμβαίνει ἀργαλέον τι κατὰ τὰ ἔξω σκοπούμενον φαίνεσθαι.	ἀργαλέος — operosus, difficilis. κατὰ τὰ ἔξω — secundum externam faciem. θαμά — saepe, crebro, frequenter. σκοπέω — considero. συμβαίνω — evenio, contingo, usu venio. φαίνομαι — appareo.
11. At si aggredi pergas, nihil est quod non cedat, se subdat ingenio.	11. Τῇ δ' εὐφυΐᾳ τοῦ εἰς βυσσὸν σπουδῇ ἐξικέσθαι πειρωμένου, οὐδὲν ἀνέφικτον ἔσται.	ἀνέφικτος — cogitatione haud assequendus, ejusmodi sc. ita comparatus ut perspici non possit. βυσσός, ὁ — fundus rei, imum. εἰς βυσσόν ἐξίκομαι — res altius penetro.

		εὐφυΐα, ἡ — sollertia. καλύπτω — tego, operio. πειρῶμαι — conor, nitor. σπουδῇ — enixe, studiose, naviter.
12. Qui cupit, capit omnia.	12. Ὧν τις ἀντιποιεῖται, τούτων οὐ σπανιάκις ἐπικρατὴς καθίσταται.	ἀντιποιοῦμαι — aliquid affecto, assequi conor. ἐπικρατής — compos. καθίσταμαι — fio. σπανιάκις — raro.
13. Agedum itaque quisquis es, sperare te jubeo, desperare veto.	13. Ἄγε μὲν οὖν, ὅσοι γε δὴ ἔστε, ἐλπίζειν ὑμᾶς κελεύω, ἀπελπίζειν δὲ ἀπαγορεύω.	ἄγε — agedum, eia. ἀπαγορεύω — interdico, prohibeo. ἀπελπίζω — despero. δεῖ — oportet. δή — particula redundans. κελεύω — jubeo. ὅσος — quicunque.
14. En, vide exiguum hoc opusculum.	14. Ἰδοῦ, βλέψον (θεῶ), ὦ παῖ, μικρὸν τοῦτο ἐγχειρίδιον.	βλέπω — video. ἐγχειρίδιον, τό — libellus. θεῶμαι — specto, video. μικρός — parvus, exiguus. παῖς, ὁ — puer. ὑπισχνοῦμαι — promitto, polliceor.
15. Heic tamen tibi (absit verbo gloria) universum mundum Latinamque linguam velut in enchiridio (breviario) ostendam.	15. Ἐν τούτῳ ὑπισχνοῦμαι, μηδεὶς τῆς προαιρέσεως τε καὶ ἐπαγγελίας μοι βασκαινέτω, ἅπαντα τὸν κόσμον καὶ τὴν γλῶτταν Ῥωκαϊκήν*, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, ἀποδείξειν.	ἀποδείκνυμι — ostendo. βασκαίνω — invideo. β. τινὶ τινός — alicui ob aliquam rem. Ἑλληνικός (sc. ἀνήρ), ὁ — Graecus. κόσμος, ὁ — mundus, orbis terrarum.
16. Tenta quaeso; evolve et edisce aliquot has pagellas.	16. Πεῖρα, ἐξέλιττε καὶ ἐκμάνθανε ὀλίγα ταῦτα σελίδια.	ἐκμανθάνω — edisco. ἐξελίττω — evolvo. ὀλίγος — paucus. πειρῶμαι — experior, tento, facio periculum. σέλινον, τό — petroselinum, herba.
17. Facto hoc (cum hoc feceris), oculatum ac perspicacem te ad omnia humanitatis studia re ipsa comperies.	17. Τοῦτο ἀπειργασμένος τήν σου ἀγχίνοιαν καὶ τὴν πρὸς ἅπαντα τὰ μαθήματα δεξιότητα ἐπιφωράσεις.	ἀγχίνοια, ἡ — sagacitas. ἀπεργάζομαι — facio. δεξιότης, ἡ — dexteritas, sollertia. ἐνίσχομαι — inhaereo. ἐπιφωράω — invenio, animadverto. μαθήματα — studia humanitatis. μάθημα, τό — disciplina, studium. τήν σου ἀγχίνοιαν — tuam sollertiam.
II. DE ORTU MUNDI ET CREATIONE PRIMAEVA.	II. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΤΙΣΕΩΣ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ (ΚΟΣΜΟΠΟΙΙΑΣ).	κοσμοποιία (κοσμοποΐα), ἡ — mundi fabricatio sive creatio. κτίσις, ἡ — creatio, fabrica, productio rerum.
18. Deus ineffabili sua omnipotentia creavit omnia ex nihilo.	18. Ὁ θεὸς τῇ ἑαυτοῦ ἀῤῥήτῳ παντοκρατορίᾳ ἅπαντα ἐξ οὐδενὸς ἔκτισεν.	κτίζω — creo, condo.

19. Principio enim expandit (extendit) vastissimam abyssum, hoc est spatium, ubi coelum et terra existunt.	19. Ἐν ἀρχῇ γὰρ τὴν ἄβυσσον ἀχανῆ, τουτέστι τὸ ποῦ, τὸν οὐρανόν τε καὶ τὴν γῆν περιέχον ἐξεπέτασεν.	ἄβυσσος — abyssus, vorago. ἀχανής — vastus, immensus. ἐκπεταννύω — extendo. οὐρανός, ὁ — coelum. τὸ ποῦ — locus, spatium. ποῦ — ubi, quo loco.
20. Et replevit eam tenebricosa quadam et informi caligine.	20. Καὶ ταύτην ζοφώδους ἀχλύος τε καὶ ἀμόρφου σκοτίας ἐπλήρωσεν.	ἄμορφος — informis. ἀνθρώπινος — humanus. ἀχλύς, ἡ — caligo. ζοφώδης — tenebricosus, obscurus. πληρόω — impleo, repleo. σκοτία, ἡ — tenebrae.
21. Ex qua tanquam materia formavit creaturas corporeas, distinctas formis, et vestitas accidentibus variis, prout cujusque ideam intra se conceperat.	21. Ἐξ ἧς καθάπερ τινὸς ὕλης τὰς κτίσεις σωματικὰς διασχηματίζων ποικίλαις ἰδιότησι κατὰ τὸ τῆς ἔσω ἰδέας ὁμοίωμα διεκόσμησεν.	διασχηματίζω — describo, distinguo. ἰδέα, ἡ — species, forma. ἡ ἔσω ἰδέα — species intus (mente) concepta. ἰδιότης, ἡ — proprietas. καθάπερ — sicut, veluti, quasi. κτίσις, ἡ — res creata. ὁμοίωμα, τό — similitudo. ποικίλος — varius. σωματικός — corporeus. ὕλη, ἡ — materia.
22. Implantavitque cuique naturam suam, id est vim observandi assignatum locum, modum, genusque suum.	22. Ἑκαστῷ κτίσματι ἰδιοσυγκρισίαν τινὰ ἐμφυτεύων τοῦ τὸν τόπον ἴδιον, τρόπον, γένος τηρεῖν.	γένος, τό — genus. ἐμφυτεύω — inflo. ἴδιος — suus, proprius. ἰδιοσυγκρασία, ἡ — peculiaris natura sive constituo. κτίσμα, τό — res creata. τηρέω — servo, observo. τόπος, ὁ — locus. τρόπος, ὁ — modus.
III. DE ELEMENTIS.	III. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ.	στοιχεῖον, τό — elementum.
23. Ante omnia vero confusum istud chaos secundum densitatis et raritatis gradus in quatuor species separavit (segregavit).	23. Πρὸ πάντων τὴν οὐσίαν ἄτακτον, χάος λεγομένην, εἰς δ′ (τέτταρα) εἴδη κατὰ τὴν πυκνότητά τε καὶ χαυνότητα διεχώρησεν.	ἄτακτος — confusus. διαχωρέω — segrego, separo. εἶδος, τό — species. θάνατος, ὁ — mors. οὐσία, ἡ — substantia, natura. πρό — ante. πυκνότης, ἡ — densitas. τέσσαρες — quatuor. χάος, τό — chaos, rudis et indigesta moles. χαυνότης, ἡ — raritas, levitas.
24. Tenuissimam et subtilissimam partem fecit lucidam et calidam et appelavit ignem seu lucem.	24. Τὴν μὲν λεπτοτάτην μερίδα φωτεινὴν καὶ θερμὴν καταστήσας, πῦρ τε καὶ φῶς ὠνόμασεν.	ἡμέρα, ἡ — dies. θερμός — calidus. καθίστημι — efficio, reddo. λεπτός — tenuis. μέν — quidem (saepe non exprimitur). μερίς, ἡ — particula. ὀνομάζω — nomino, appello. πῦρ, ὁ — ignis. φῶς, τό — lux. φωτεινός — lucidus.

25. Aliam iterum tenuem, pellucidam, et tepidam dixit aërem.	25. Ἄλλην δὲ λεπτὴν καὶ διαφανῆ καὶ ὑπόθερμον ἀέρα ἔλεγε.	ἀήρ, ὁ — aër, antiquitus ἡ ἀήρ. ἄλλος — alius. διαφανής — pellucidus, translucens. ἐξανίσταμαι — surge ex aliqua re, exsurgo. λέγω — dico. ὑπόθερμος — tepidus.
26. Tertia portio fluida et frigida fuit aqua.	26. Τὸ τρίτον μέρος ῥευστὸν ψυχρόν τε ὕδωρ γέγονε.	γίνομαι — sum. ῥευστός — fluidus. τρίτος — tertius. ὕδωρ, τό — aqua. ψυχρός — frigidus.
27. Sub qua mansit sedimentum crassum, limus seu terra.	27. Ὑφ᾽ ᾧ ὑπόστασίς τις κολλώδης, ἰλύς, τέλμα, πηλός, καὶ γῆ ἔμενε.	ἰλύς, ἡ — limus. κολλώδης — glutinosus, tenax. μένω — maneo. πηλός, ὁ — limus. τέλμα, τό — lacuna, locus coenosus. ὑπόστασις, ἡ — sedimentum.
28. Atque haec sunt simplicia corpora, ex quibus composita (mixta) exsurgunt.	28. Καὶ ταῦτα τὰ στοιχειώδη καὶ ἄμικτα σώματά ἐστι, ὧνπερ τὰ μικτὰ καὶ συντεθειμένα ἐξανίσταται.	ἄμικτος — simplex, haud mixtus. γελοῖος — ridiculus. μικτός — mixtus. ὅσπερ — qui. στοιχειώδης — simplex. συντίθημι — compono.
29. Omnia enim reliqua ex his constant.	29. Ἅπαντα γὰρ τὰ λοιπὰ ἐκ τούτων πέφυκεν.	λοιπός, ὁ — reliquus. φύω — nascor. πέφυκα — natus sum.
30. Quippe ex iis generantur, iis nutriuntur, in eadem dum corrumpuntur resolvuntur.	30. Ἐκ τούτων γεννᾶται, τούτοις τρέφεται, εἰς ταῦτα φθειρόμενα ἀναλύεται.	ἀναλύω — resolvo. γεννάω — genero. τρέφω — alo, nutrio. φθείρω — corrumpo, vitio.
IV. DE FIRMAMENTO.	IV. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΤΕΡΕΩΜΑΤΑ.	στερέωμα, τό — firmamentum.
31. Astra sunt veluti lampades in aethere suspensa, ut indefinenter circumcircarotatae, lumine suo tenebras illuminent, cursu autem temporum vices dimetiantur.	31. Τὰ ἄστρα καθάπερ λαμπάδες ἐν ἀέρι κρεμάμενα, καὶ ἀλήκτως τροχαζόμενα, ὡς καὶ τὸ σκότος φωτίζοντα, κινήσει εὐτάκτῳ τοὺς χρόνους καὶ τὰς τῶν ὡρῶν στροφὰς μετρεῖ.	ἄστρον, τό — astrum, sidus, congretatio stellarum. εὔτακτος — ordinem certum servans, descriptus. κίνησις, ἡ — motus. κρέμαμαι — pendeo. λαμπάς, ἡ — lampas, lucerna. μετρέω — metior, dimetior. σκότος, τό — tenebrae. στροφή, ἡ — reversio, vices. τροχάζω — rotor. φωτίζω — illumino, illustro. χρόνος, τό — tempus. ὥρα, ἡ — hora.
32. Planetae, quorum ordinem hi versiculi complectuntur, sunt septem: *Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, Saturnus.*	32. Οἱ πλανῆται, ὧν τάξιν ταῦτα τὰ στιχίδια συνείληφε ζ᾽ (ἑπτά) εἰσιν· ἡ σελήνη, ὁ ἑρμῆς, ἡ ἀφροδίτη, ὁ ἥλιος, ὁ ἄρης, ὁ ζεῦς, ὁ κρόνος.	Ἄρης, ὁ — Mars. Ἀφροδίτη, ἡ — Venus. διατελέω — permaneo, persevero. τὸ κέντρον περιτρέχων διατελέω — centrum perpetuo circumeo. Ἑρμῆς, ὁ — Mercurius. Ζεύς, ὁ — Jupiter. ἥλιος, ὁ — sol.

Quisque in peculiari suo orbe.	ὧν ἕκαστος τὸ ἴδιον κέντρον περιτρέχων διατελεῖ.	κέντρον, τό — centrum, punctum medium. Κρόνος, ὁ — Saturnus. περιτρέπω — circumeo. πλανήτης, ὁ — planeta, stella eratica. σελήνη, ἡ — luna.
33. Infima est ☽ Luna, quae incrementa et decrementa pati videtur, retardationeque menses efficit.	33. Ἡ σελήνη αὔξησίν τε καὶ μείωσιν ἐπιδεχομένη, καὶ γῆν περιοδεύουσα, τῇ τριβῇ ἑαυτῆς μῆνας ποιεῖ, καὶ κατωτάτη τε καὶ ἐσχάτη ἐστίν.	αὔξησις, ἡ — augmentum, incrementum. ἐπιδέχομαι — accipio. ἔσχατος — ultimus. κατώτατος — imus, infimus. μείωσις, ἡ — decrementum, imminutio. μήν, ὁ — mensis. περιοδεύω — circumeo, obambulo. τριβή, ἡ — mora.
34. ☉ Sol, jubare corusco radians, ab oriente per meridiem in occidentem festina celeritate revolutus, revolutione sua dies viginti quattuor (24) horis, et annos duodecim (12) mensibus, quinquaginta duabus (52) hebdomadibus, trecentis sexaginta quinque et quadrate (quarta parte) (365 ¼) diebus definit.	34. Ὁ ἥλιος, λαμπροτάτῳ φέγγει στίλβων, ἀπ’ ἀνατολῆς διὰ τὸν κύκλον μεσημβρινὸν πρὸς τὴν δύσιν θαυμαστῷ τάχει κυλινδούμενος τῇ στροφῇ ἡμέραν ὥραις κδ’ (εἴκοσι τέτταρσι), τὸ ἔτος ιβ’ (δώδεκα) μησίν, νβ’ (πεντήκοντα δυοῖν) ἑβδομάσιν, τξε’ (τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε) ἡμέραις σὺν μιᾶς μέρει τετάρτῳ περιγράφει.	ἀνατολή, ἡ — ortus. δύσις, ἡ — occidens. ἑβδομάς, ὁ — hebdomas, spatium septem dierum. εἰκοσεῖς — viginti unus; cf. εἷς καὶ εἴκοσι, εἴκοσι (καὶ) εἷς. ἑξήκοντα — sexaginta. ἐπιλανθάνομαι — obliviscor. ἔτος, τό — annus. θαυμαστός — mirus, mirabilis. ἰνίον, τό — occiput. κύκλος, ὁ — circulus. κυλινδέω — volvo, voluto. λαμπρός — fulgidus, splendidus. μεσημβρινός — meridianus. περιγράφω — circumscribo, definio. στίλβω — splendeo, fulgeo. στροφή, ἡ — conversio. ταχέως — ut primum, quam primum, ubi primum. φέγγος, τό — jubar, lumen.
35. Ortum ejus praecedit aurora et diluculum, quum diescit et lucescit.	35. Τῇ ἀνατολῇ αὐτοῦ ὄρθρος βαθὺς καὶ ἡ ἠὼς τῆς ἡμέρας ἐπιφωσκούσης τε καὶ ὑποφαινομένης προηγεῖται.	βαθύς — plenus. ἐπιφώσκω — illucesco, appareo. ἠώς, ἡ — aurora. ὄρθρος, ὁ — diluculum. προηγοῦμαι — antecedo, praecedo. ὑποφαίνομαι — subluceo, appareo.
36. Occasum (obitum) sequitur crepusculum (hoc est crepera lucula) quum vesperascit et noctescit.	36. Τῇ δύσει αὐτοῦ τὸ λυκαυγὲς, ὅταν πρὸς ἑσπέραν ἐστίν (συσκοτάζει), ἕπεται.	δύσις, ἡ — occasus. ἕπομαι — sequor. ἑσπέρα — vespera. λυκόφως, ὁ — crepusculum; cf. ὁ λυγόφως, τὸ κνέφας. ὅταν — quum, quando. συσκοτάζει — advesperascit.
37. Ascendens ad verticem nostrum supernum (qui vulgo zenith, cui inferus vulgo nadir opponitur) seu declinans ab aequinoctiali	37. Πρὸς τὴν ἀνωτάτην κορυφὴν ἀναβαίνων, ζένιθ λεγομένην, ᾗ κατωτάτη νάδιρ ἀντικειμένως ἔχει, ἢ ἀποκλίνων ἀπ’ ἰσημερινοῦ κύκλου, πρὸς τὸν τροπικὸν	αἰγόκερως, ὁ — capricornus, animal et signum coeleste. αἰδώ — pudor. ἀναβαίνω — ascendo. ἀντικειμένως ἔχω — oppositus sum. ἀνώτατος — supernus, summus, supremus. ἀποκλίνω — declino.

ad Tropicum Cancri sive solstitialem facit ver, rursumque ad Tropicum Capricorni sive hiemalem descendens, autumnum: et utrobique aequinoctium.	τοῦ καρκίνου, ἔαρ· πρὸς δὲ τὸν τροπικὸν χειμερινὸν τοῦ αἰγοκέρωτος καταβαίνων τὴν ὀπώραν καὶ τὴν ἰσημερίαν ποιεῖ.	ἔαρ — ver. ζένιθ*, ἡ — zenith*, punctum coeli vertici nostro imminens. ἰσημερία, ἡ — aequinoctium. ἰσημερινός — aequinoctialis. καρκίνος, ὁ — cancer. καταβαίνω — descendo. κορυφή, ἡ — vertex. νάδιρ*, ὁ — nadir, coeli punctum illi quod zenith dicitur oppositum. ὀπώρα, ἡ — auctumnus. τροπικός — tropicus, ad solarem conversionem pertinens. χειμερινός — hibernus, brumalis.
38. Imus dat brumam, orditurque hiemem; summus solstitium, inchoatque aestatem, ubi Sirius (canicula, seu caniculae stella) excitat aestum.	38. Κατώτατος ἐν τροπαῖς χειμεριναῖς, τοῦ χειμῶνος· ἀνώτατος ἐν θεριναῖς, τοῦ σειρίου φλογουμένου, ἀρχὴν τοῦ θέρους ποιεῖ.	θερινός — aestivus. θέρος, ὁ — aestas. Σείριος, ὁ — Sirius, Canicula, stella. τροπή, ἡ — solstitium. φλογοῦμαι — flammesco, inflammor, incendor. χειμών, ὁ — hiems.
39. ☿ Mercurius eum in eccentrico epicyclum vectante circuit citius quam semi anno. Sic quoque venusta ♀ Venus, sed sesqui anno.	39. Ὁ Ἑρμῆς τὴν ὁδὸν ἑαυτοῦ τάχιον ἢ ἑκμήνῳ, καλὴ δ’ Ἀφροδίτη ἔτει καὶ ἡμίσει περαίνει.	αὑτοῦ — pro ἑαυτοῦ ipsius, suus. ἕκμηνος, ὁ — semestre spatium. ἥμισυς — dimidius. καλός — pulcher. περαίνω — perago, conficio. ταχέως — celeriter.
40. Hanc mane Luciferum (Phosphorum), vesperi Hesperum sive Vesperuginem vocant.	40. Ταύτην φώσφορον ἕωθεν, ἕσπερον ὀψὲ τῆς ἡμέρας καλοῦσιν.	Ἕσπερος, τό — hesperus, stella Veneris solem sequens. ἕωθεν — mane. καλέω — voco, appello. ὀψέ — sero. οψὲ τῆς ἡμέρας — vesperi. φωσφορος, ὁ — phosphorus, lucifer, stella Veneris solem antegrediens.

41. ♂ Mars ignitus periodum suam biennio ferme percurrit. Splendidus ♃ Iupiter suam pene (paene) duodecim pervagatur. Gelidus ♄ Saturnus tantum non triginta. Et ab his erronibus dies hebdomadis nomenclationes sortiti sunt: ▪ dies Solis (Dominicus, —ca), ▪ dies Lunae, ▪ dies Martis, ▪ dies Mercurii, ▪ dies Iovis, ▪ dies Veneris, ▪ dies Saturni.	41. Ὁ Ἄρης φλογώδης τὴν αὑτοῦ περίοδον σχεδὸν διετίᾳ, λαμπρὸς δὲ Ζεὺς ἔτεσι ιβ′ (δώδεκα). ψυχρὸς Κρόνος λ′ (τριάκοντα) ἐκτελεῖ. τούτοις τοῖς πλανήταις αἱ τῆς ἑβδομάδος ἡμέραι ὁμώνυμοί εἰσιν· ▪ ἡ ἡλιακὴ ἢ κυριακή, ▪ ἡ σεληνιακὴ ἢ σελήνης, ▪ ἡ τοῦ Ἄρεως, ▪ τοῦ Ἑρμοῦ, ▪ τοῦ Διὸς ἢ Ζηνὸς, ▪ τῆς Ἀφροδίτης, ▪ τοῦ Κρόνου.	ἀλήκτως — indesinenter. ἄλλως — aliter. διετία, ἡ — biennium. ἐκτελέω — perago, perficio. Διός — Jovis. Ζήν, ὁ — Jupiter. ἡλιακή (sc. ἡμέρα), ἡ — dies solis. κυριακός — dominicus. περίοδος, ἡ — ambitus, circuitus. σεληνιακὴ ἡμέρα, ἡ — dies lunae. σχεδόν — fere. φλογώδης — ardens, incensus.
42. Eclipses (obscurationes) luminarium fiunt propter interpositionem tertii non tralucentis, indeque orta obumbratione.	42. Αἱ τῶν φωστήρων ἐκλείψεις δι′ ἐπισκιασμοῦ τῶν ἐν μέσῳ σωμάτων καὶ ἀδιαφανῶν συμβαίνουσι.	ἀδιαφανής — densus, non translucens. ἔκλειψις, ἡ — eclipsis, deliquium, obscuratio. ἐπισκιασμός, ὁ — obumbratio. μέσον, τό — medium. τὸ ἐν μέσῳ σῶμα — corpus in medio positum. φωστήρ, ὁ — luminare.
43. Stellae fixae cum octava sphaera aequaliter progrediuntur, sed inaequaliter coruscant.	43. Οἱ λοιποὶ ἀστέρες τῆς σφαίρας ὀγδόης ὁμαλῶς μὲν κινοῦνται, ἀνομάλως δ′ αὐγάζουσι.	ἀνωμάλως — haud aequaliter. ἀστήρ, ἡ — stella. αὐγάζω — corusco, splendeo. ὄγδοος — octavus. ὁμαλῶς — aequaliter. σφαῖρα, ἡ — sphaera.

Harum in firmamento circumsecus praecise numerantur mille viginti duo (1022), praeter tres in Cincinno (Comae) Berenices: ▪ primae magnitudinis sunt quindecim (15), ▪ secundae quadraginta quinque (45), ▪ tertiae ducentae octo (208), ▪ quartae quadringentae septuaginta quattuor (474), ▪ quintae ducentae septendecim (217), ▪ sextae quadraginta novem (49), ▪ nebulosae quinque (5), ▪ obscuriores novem (9).	Οὗτοι ἐν οὐρανῷ περιθέοντες ακβʹ (χίλιοι εἰκοσιδύο, χίλιοι δύο καὶ εἴκοσι) ἀριθμοῦνται, ἐκτὸς τριῶν ἐν κόμῃ Βερενίκης· ▪ τοῦ πρώτου μεγέθους εἰσὶ ιεʹ (δεκαπέντε, πεντεκαίδεκα), ▪ δευτέρου μεγέθους μεʹ (πεντεκαιτεσσαράκοντα), ▪ τρίτου μεγέθους σηʹ (διακόσιοι καὶ ὀκτώ), ▪ τετάρτου μεγέθους υοδʹ (τετρακόσιοι ἑβδομηκοντατέσσαρες), ▪ πέμπτου μεγέθους σιζʹ (διακόσιοι ἑπτακαίδεκα), ▪ ἕκτου μεγέθους μθʹ (τεσσαρακονταεννέα), ▪ νεφώδεις εʹ (πέντε), ▪ ἀφώτιστοι θʹ (ἐννέα).	ἀριθμέω — numero. ἀφώτιστος — lucis expers. Βερενίκη, ἡ — Berenice, nomen proprium. ἕκτος — sextus. κόμη, ἡ — coma. μέγεθος, τό — magnitudo. περιθέω — circumcurro, in orbem curro. νεφώδης — nubibus obductus.
❖ Sitae sunt vel in Zodiaci signis XII:	❖ Οὗτοι ἐν τῷ ζῳδιακῷ, ἢ ἐκτὸς αὐτοῦ κεῖνται·	ζῳδιακός, ὁ — Zodiacus, orbis signifer sc. regio caeli ubi sunt signa duodecim. κεῖμαι — jaceo.
1. In ♈ Ariete 13 et 5 informes	1. Ἐν κριῷ ιγʹ, ἀμόρφωτος εʹ.	ἀμόρφωτος — informis, nullam certam formam habens. κριός, ὁ — aries.
2. In ♉ Tauro 32 et 11, inter quas est prim.	2. Ἐν ταύρῳ λβʹ, ἀμόρφωτοι ιαʹ· ἐν οἷς	κεφαλή, ἡ — caput. οὐρά, ἡ — cauda. ὀφθαλμός, ὁ — oculus.

mag. (prima magnitudinis) oculus Tauri, ubi nota Pleiadas (Vergilias) (quae septem dici, sex tamen esse solent) et Hyadas (Suculas), pluvium sidus, aliter Palilitium.	ὀφθαλμὸς τοῦ ταύρου π. μ. (πρώτου μεγέθους) ὁρᾶται· ἐν οὐρᾷ τοῦ ταύρου τὰς πλειάδας ἑπτὰ μὲν λεγομένας, ἕξ δὲ φαινομένας, ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ τοῦ ταύρου τὰς ὑάδας τήρει.	πλειάδες, αἱ — Pleiades, Vergiliae, *signum caeleste.* ταύρος, ὁ — taurus. τηρέω — observo, noto. ὑάδες, αἱ — hyades.
3. In ♊ Geminis 18 et 7.	3. Ἐν διδύμοις ιη′, ἀμόρφωστοι ζ′.	δίδυμοι, οἱ — gemini.
4. In ♋ Cancro 9 et 4.	4. Ἐν καρκίνῳ θ′ καὶ δ′.	καρκίνος, τό — cancrus.
5. In ♌ Leone 27 et 8, ubi p. m. sunt cor et cauda.	5. Ἐν λέοντι κζ′ καὶ η′, ὅπου π. μ. ἡ καρδία, καὶ ἡ οὐρὰ τοῦ λέοντός εἰσιν.	καρδία, ἡ — cor. λέων, ὁ — leo. ὅπου — ubi.
6. In ♍ Virgine 26 et 6, ubi prim. mag. est spica Virginis.	6. Ἐν παρθένῳ κς′, ἄμορφοι ς′, ὅπου π. μ. ἡ στάχυς τῆς παρθένου.	παρθένος, ἡ — virgo. στάχυς, ὁ — spica.
7. In ♎ Libra 8 et 9.	7. Ἐν ζυγῷ η′ καὶ θ′.	ζυγός, ὁ (—όν, τό) — libra.
8. In ♏ Scorpio 21 et 3.	8. Ἐν σκορπίῳ κα′ καὶ γ′.	σκόρπιος, ὁ — scorpius.
9. In ♐ Sagittario 31.	9. Ἐν τοξότῃ λα′.	τοξότης, ὁ — sagittarius.
10. In ♑ Capricorno 28.	10. Ἐν αἰγοκέρωτι κη′.	αἰγοκέρως, ὁ — Capricornus, *signum caeleste.*
11. In ♒ Aquario 42 et 3.	11. Ἐν ὑδροχόῳ μβ′ καὶ γ′.	ὑδροχόος, ὁ — Aquarius, *signum caeleste.*
12. In ♓ Piscibus 34 et 4, ubi una prim. mag. in ore piscis austrini.	12. Ἐν ἰχθύσι λδ′ καὶ δ′, ὅπου μία π. μ. ἐν στόματι ἰχθύος νοτίου.	ἰχθύς, ὁ — piscis. στόμα, τό — os. νότιος — australis, austrinus.
❖ Vel extra Zodiacum:	❖ Ἐκτὸς ζῳδιακοῦ ἢ βόρειοι ἢ νότιοί εἰσιν·	βόρειος — borealis, septentrionalis.
I. Boreales.	I. Οἱ βόρειοι.	
1. In Ursa Minore (Cynosura) 7.	1. Ἐν ἄρκτῳ μείονι ἢ κυνοσούρᾳ ζ′.	ἄρκτος μείων — Ursa Minor, *sidus.* κυνοσουρά, ἡ — cynosura, canis cauda, *sidus boreale.*
2. In Ursa Majore (Helice) 27 et 8.	2. Ἐν μείζονι ἢ ἑλίκῃ κζ′ καὶ η′.	ἄρκτος μείζων — Ursa Maior, *sidus.* ἑλίκη, ἡ — Helice, Ursa Major inter astra.
3. Dracone 31.	3. Ἐν δράκοντι λα′.	δράκων, ὁ — draco.
4. In Cepheo 11 et 42.	4. Ἐν κηφεῖ ια′ καὶ μβ′.	κηφεύς, ὁ — Cepheus, *sidus.*
5. In Boote (Arctophylace) 22 et 1, ubi prim. mag.	5. Ἐν βοώτῃ ἢ ἀρκτοφύλακι κβ′ καὶ α′, ὅπου π. μ. ἀρκτοῦρος.	ἀρκτοῦρος, ὁ — Arcturus, stella post Ursae Maioris caudam. ἀρκτοφύλαξ, ὁ — Arctophylax, custos Ursae, *sidus*, quod et Bootes.

Arcturus.		βοώτης, ὁ — arator, (*sidus*) Boote.
6. In Corona Borea 8.	6. Ἐν στεφάνῳ βορείῳ η′.	στέφανος, ὁ — corona.
7. In Engonasi (Hercule) 28 et 1.	7. Ἐν τῷ ἐνγόνασι κη′ καὶ α′.	Ἡρακλῆς, ὁ — Hercules; (*sidus*) i.q. ἐνγόνασι (Ingeniculus).
8. In Lyra (Vulture Cadente) 10, ubi prim. mag. est Lyrae Fidicula.	8. Ἐν λύρᾳ ι′, ὅπου π. μ. ἡ χορδὴ τοῦ λύρας.	λύρα, ἡ — lyra. χορδή, ἡ — chorda in instrumento musico.
9. In Olore (Cygno, Ave, Gallina) 17 et 2.	9. Ἐν κύκνῳ ιζ′ καὶ β′.	κύκνος, ὁ — cygnus, olor.
10. In Cassiopea 13.	10. Ἐν Κασσιόπῃ ιγ′.	Κασσιόπη, ἡ — Cassiope, *sidus.*
11. In Perseo 26 et 3.	11. Ἐν Περσεῖ κς′ καὶ γ′.	Περσεύς, ὁ — Perseus, *sidus.*
12. In Auriga 14, ubi est prim. mag. Capella (Hircus).	12. Ἐν ἡνιόχῳ ιδ′, ὅπου π. μ. δόρξ.	ἡνίοχος, ὁ — auriga, Heniocho, Erichthonio. δόρξ, ἡ — capella, caprea.
13. In Ophiucho (Serpentario) 24 et 5.	13. Ἐν ὀφιούχῳ κδ′ καὶ ε′.	ὀφιοῦχος — Ophiunchus, Anguitenens, sideris nomen.
14. In Serpente Ophiuchi 18.	14. Ἐν ὄφι ὀφιούχου ιη′.	ὄφις, ὁ — serpens, anguis.
15. In Sagitta (telo) 5.	15. Ἐν τοξεύματι ε′.	τόξευμα, τό — sagitta, jaculum, telum.
16. In Aquila (Vulture Volante) 9 et 6, quae constituunt Antinoum.	16. Ἐν ἀετῷ θ′ καὶ ς′, Ἀντίνοον ποιοῦντες.	ἀετός, ὁ — aquila. Ἀντίνοος, ὁ — Antinous, *sidus.*
17. In Delphino 10.	17. Ἐν δελφῖνι ι′.	δελφίς, ὁ — delphin.
18. In Equuleo (Equi Sectione) 4.	18. Ἐν ἱππαρίῳ, ἢ ἵππου προτομῇ δ′.	ἱππάριον, τό — equuleus, *sidus.* ἵππος, ὁ — equus. προτομή, ἡ — effigies; i.q. ἡ εἰκών.
19. In Pegaso (Equo Alato) 20.	19. Ἐν Πηγάσῳ κ′.	Πήγασος, ὁ — Pegasus, equus alatus.
20. In Andromeda 23.	20. Ἐν Ἀνδρομέδῃ κγ′.	Ἀνδρομέδη, ἡ — Andromeda, *sidus.*
21. In Triangulo (Deltoto) 4.	21. Ἐν δελτωτῷ δ′.	δελτωτόν, τό — triangulum, sidus, a δελτοτός in formam triangularem litterae Δ effictus.
II. Australes.	II. Οἱ νότιοι.	
1. In Ceto 22.	1. Ἐν κήτει κβ′.	κῆτος, ὁ — Cetus, Pistrix, *sidus.*
2. In Orione 38, ubi sunt prim. mag. humerus dexter, et pes sinister Orionis.	2. Ἐν Ὠρίωνι λη′, ὅπου π. μ. ὦμος δεξιὸς καὶ ποὺς ἀριστερὸς Ὠρίωνος.	δεξιός — dexter. πούς, ὁ — pes. ὦμος, ὁ — humerus, armus. Ὠρίων, ὁ — Orion, sidus.
3. In Eridano (fluvio Nilo) 34, ubi est prim. mag. Eridanus.	3. Ἐν ἐριδανῷ λδ′, ὅπου π. μ. Ἐριδανός.	Ἐριδανός, τό — Eridanus, *sidus.*
4. In Lepore 12.	4. Ἐν λαγῷ ιβ′.	λαγώς, ὁ — lepus.
5. In Cane Majore 18 et	5. Ἐν κυνὶ μείζονι ιη′	κύων, ὁ — canis.

11, ubi prim. mag. Canis Cadens (Sirius).	καὶ ια′, ὅπου π. μ. σείριος.	σείριος, ὁ — Sirius, *sidus.*
6. In Procyone 2, ubi est prim. mag. Canis.	6. Ἐν πρόκυνι β′, ὅπου π. μ. κύων.	προκύων — Procyon sc. Antecanis vel Canis Minor, sidus ante Canem Maiorem oriens
7. In Argo (Nave) 45, ubi est prim. mag. Canopus.	7. Ἐν ἀργῷ με′, ὅπου π. μ. κάνωπος.	Ἀργώ, ἡ — Argo navis. Κάνωπος, ὁ — Canopus, *sidus.*
8. In Hydra 25 et 2.	8. Ἐν ὕδρᾳ κε′ καὶ β′.	ὕδρα, ἡ — hydra, sidus hydrae sc. serpentis aquatilis speciem habens.
9. In Cratere (Patera Urna) 7.	9. Ἐν κρατῆρι ζ′.	κρατήρ, ὁ — crater, *sidus.*
10. In Corve 7.	10. Ἐν κόρακι ζ′.	κόραξ, ὁ — corvus.
11. In centauro Chirone 37, ubi prim. mag. pes centauri.	11. Ἐν κενταύρῳ Χείρωνι λζ′, ὅπου π. μ. ποὺς κενταύρου.	κένταυρος Χείρων, ὁ — centaurus Chiron, *sidus.*
12. In Bestia Centauri (Lupo) 19.	12. Ἐν θηρὶ τοῦ κενταύρου ιθ′.	θήρ, ὁ — fera, bellua.
13. In Ara (Thuribulo, Lare) 14 et 7.	13. Ἐν βωμῷ ιδ′ καὶ ζ′.	βῶμος, ὁ — ara.
14. In Corona Austrina (Rota Ixionis) 13.	14. Ἐν οὐρανίσκῳ ιγ′.	οὐρανίσκος, ὁ — Corona Australis, *sidus.*
15. In Pisce Austrino (Notio) 11 et 6.	15. Ἐν ἰχθύϊ νοτιῷ ια′ καὶ ς′.	
Poli axes sunt duo: arcticus (boreus) et antarcticus. Horizon (finitor) dividit himsphaerium inferius a superiore.	Οἱ πόλοι δύο εἰσίν, ὁ ἀρκτικός τε καὶ ἀνταρκτικός. ὁ ὁρίζων τὰ δύο ἡμισφαίρια, ὧν τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, διαιρεῖ.	ἀνταρτικός — antarcticus, septentrionali oppositus. ἀρκτικός — arcticus, septentrionalis. διαιρέω — distinguo, distribuo, divido. ἡμισφαίριον, τό — hemisphaerium, dimidium globi caelestis. ὁρίζων — horizon, circulus finitor sc. coeli visum terminans. πόλος, ὁ — polus coeli.
V. DE IGNE.	V. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΥΡΟΣ.	
44. Incendium ex quavis scintilla, si permittis, oritur.	44. Ἡ ἔμπρησις (ἐμπρησμὸς) ἐκ σμικροῦ σπινθῆρος, μηδενὸς σβεννύντος ἢ κωλύοντος, ἐξανίσταται.	ἐμπρησμός, ὁ — incendium. κωχύω — prohibeo, impedio, inhibeo, reprimo. μηδείς — nemo. σβέννυμι — exstinguo, restinguo. σμικρός — parvus.
45. Nam quicquid ignem concipit, id primum gliscit, dein ardet, tum flagrat et flammat, postremo crematum redigitur in favillas et cineres.	45. Ἅπαν γὰρ πυρωθὲν πρῶτον τύφεται, ἔπειτα φλέγει ἢ φλογοῦται, τέλος πιμπράμενον τεφροῦται.	ἀνδραποδίζω — captivum abduco. ἔμπρησις, ἡ — incendium. ἔπειτα — deinde, tunc, postea. πίμπραμαι — incendor, cremor. πρῶτον — primum. πυροῦμαι — ardeo. πυρόω — accendo, incendo. τεφρόω — in cineres redigo.

		τύφομαι — glisco. φλέγομαι — ardeo, ardesco, flagro.
46. Lignum ardens torris appellatur; exstinctum, titio; particula ejus, carbo; et quamdiu candet, pruna.	46. Ξύλον καιόμενον πυρίφλεκτος· πυρὸς δὲ σβεσθέντος, δαλός· οὗ μέρος, ἄνθραξ· ὁ διάπυρος, θυμάλωψ λέγεται.	ἀνθρακίς, ἡ — pruna. ἄνθραξ, ὁ — carbo. δαλός, ὁ — torris. θυμάλωψ, ὁ — titio, carbo semiustus. καίομαι — ardeo. καίω — incendo, aduro. ξύλον, τό — lignum. τοῦ τηρεῖν — ut servet. τοῦ μὴ πυροῦσθαι — ne accedantur. τοῦ cum inf. (om.* ἕνεκα) — ut, (τοῦ μή) ne.
47. Fumus ardens flamma est; camino insidens, fuligo, saepissime abradenda ne ignescat.	47. Ὁ καπνὸς κατάπυρος φλόξ ἐστι· ἐνισχόμενος καμίνῳ αἰθάλη ἢ ἀσβόλη λέγεται, ἣν πλειστάκις τοῦ μὴ πυροῦσθαι, ἀποξεστέον ἐστίν.	αἰθάλη, ἡ — fuligo. ἀποξέω — abrado. ἀσβόλη, ἡ — fuligo; cf. ἡ ἄσβολος. διάπυρος — excandefactus, candens. κάμινος, ἡ — caminus. καπνός, ὁ — fumus. κατάπυρος — ignitus, candefactus. πλειστάκις — saepissime. φλόξ, ἡ — flamma.
VI. DE METEORIS.	VI. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΤΕΩΡΩΝ.	μετέωρον, τό — meteorum, quod vel circa astra vel sub astris vel in austris fit ut apparet.
48. Vapores aquosi perpetuo sursum feruntur.	48. Αἱ ἀτμίδες ὑδατώδεις ἄνω ἀεὶ φέρονται.	ἀεί — semper. ἄνω — sursum. ἀτμίς, ἡ — vapor; cf. ὁ ἀτμός (sed ἡ ἀτμίς nonnunquam umidior). ὑδατώδης — aquosus. φέρω — fero.
49. Ex his densatis fit nubes; aut si haec deorsum labitur, nebula.	49. Τούτων πυκνωθεισῶν, συννεφεῖ· κάτω δὲ ἐνεχθεισῶν, ὁμίχλη γίγνεται.	ἐμφέρομαι — deferor. κάτω — deorsum. νέφος, τό — nubes. ὁμίχλη, ἡ — nebula. πυκνόω — denso, spisso, stipo.
50. Inde pluit, ningit, grandinat.	50. καὶ δι' αἰτίαν ταύτην ὕει, νίφει, χαλαζοβολεῖ.	αἰτία, ἡ — caussa. διά — ob, propter. νίφω — ningo. ὕω — pluo. χαλαζοβολέω — grandino.
51. Pluvia destilat lente, imber dense, nimbus impetuose.	51. Ὁ ὑετὸς ἠρέμα, ὄμβρος πυκνότερον σταλάζει, λαῖλαψ ἢ τυφῶν καταιγιδώδης καὶ ῥαγδαῖός ἐστιν.	διασκοπρίζω — dissipo, profundo. ἠρέμα — sensim, paullatim, lente. καταιγιτώδης — vehemens, magna vi irruens. λαῖλαψ, ἡ — turbo, ventus procellosus. ὄμβρος, ὁ — imber. πυκνότερον — spissius; n.b. comp. a πυκνός —ή —όν. ῥαγδαῖος — impetuosus. σταλάζω — stillo. τύφων, ὁ — procella. ὑετός, ὁ — pluvia.
52. Hic, si inter decidendum (delabendum)	52. Οὗτος ἐν τῷ καταπίπτειν	ἀποπήγνυμαι — frigore concresco. ἐμβρόντητος — attonitus.

gelascit, fit grando; si incalescit nimium, uredo seu rubigo.	ἀποπηγνύμενος (πεπηγὼς) χάλαζα, πυρούμενος δέ σφόδρα ἐρυσίβη (καυθμὸς) λέγεται.	ἐν τῷ καταπίπτειν — inter decidendum. ἐρυσίβη, ἡ — rubigo, vitium aeris. καυθμός, ὁ — uredo, vitium aëris. πεπηγός — congelatus. πήγνυμαι — congelasco. σφόδρα — valde. χάλαζα, ἡ — grando.
53. Pruina est congelatus ros; stiria, stilla rigens.	53. Πάχνη, ἔρσα (δρόσος) παγετώδης· σταλαγμός, ὑδατὶς παγεῖσα (στάλαγμα πηκτόν).	δρόσος, ὁ — ros. ἔρσα, ἡ — ros. παγετώδης — glacie sive gelu adstrictus. πάχνη, ἡ — pruina. παγείς — congelatus. πηκτός — congelatus, concretus. στάγμα, τό — gutta, stilla. ὑδατίς, ἡ — gutta.
54. Nives ex guttulis spumescentibus concretae segetem operiunt, ne gelu vel glacie algeat.	54. Χιὼν παχνωθεῖσα σταγόνων ἀφρώδων τοὺς ἀγροὺς στέγει, τοῦ* καρπὸν ὑπὸ κρύους τε καὶ παγετοῦ μὴ λυμαίνεσθαι.	ἀφρώδης — spumosus. καρπός, ὁ — segetes. κρύος, τό — frigus, gelu. λυμαίνω — vitio, corrumpo. παγετός, ὁ — glacies. παχνόω — gelu constringo, conglacio. σταγών, ὁ — gutta, stilla. στέγω — operio. ὑπό — a. χιών, ἡ — nix.
55. Aura cum spirat, focillat nos, et gelata regelat. Ventus vehemens et impetuosus cum flat, quatit, prosternit, et proterit quoquo se vertit.	55. Αὔρα πνέουσα καὶ ἡμᾶς θάλπουσα, τὰ πεπαχνωμένα διαλύει· καταιγὶς ἢ λαίλαψ ὅποι ἂν πνέουσα τρέποιτο, ἅπαντα καταβάλλει, ἀνατρέπει, καὶ ἐδαφίζει.	ὅποι ἄν — quocunque. ἄν — cunque. ἀνατρέπω — subverto, everto, prosterno. αὔρα, ἡ — aura. διαλύω — dissolvo, resolvo. ἐδαφίζω — solo aequo. ἡμεῖς — nos. θάλπω — focillo. καταβάλλω — everto, prosterno. καταιγίς, ἡ — procella. ὅποι — ubi. ὅποι ἄν — quocunque. πνέω — spiro. τρέπομαι — converto me. τυπάς, ἡ — fistuca, malleus.
56. Cardinales venti sunt: ▪ subsolanus (orientalis), ▪ auster (notus meridionalis), ▪ favonius, sive xephyrus (occidentalis), ▪ et aquilo (aparctias, boreas, septentrionalis).	56. Οἱ ἄνεμοι κυριώτατοί εἰσιν· ▪ ἀπηλιώτης, ▪ νότος, ▪ ζέφυρος, ▪ βορέας. οἱ πλευρόθεν· ▪ εὐρόνοτος, ἀπὸ ἀνατολῆς χειμερινῆς· ▪ λίψ, ἀπὸ	ἀνάχωμα, τό — agger. ἄνεμος, ὁ — ventus. ἀπηλιώτης, ὁ — ventus subsolanus. ἀργέστης, ὁ — Caurus, ventus qui flat versus Aquilonem. Βορέας, ἡ — Boreas, Aquilo, ventus. Εὐρόνοτος, ὁ — Euronotus, ventus ab oriente hiberno flans. Εὖρος, ὁ — Eurus, ventus ab oriente flans. Ζέφυρος, ὁ — Zephyrus, Favonius, ventus. κυριώτατος — praecipuus, cardinalis. λίψ, ὁ — Africanus ventus.

Collaterales sunt: ▪ vulturnus, ab oriente brumali; ▪ Africus (libonotus, libs), ab occasu brumali; ▪ corus (argestes), ab occasu aestivo. ▪ caecias, ab ortu aestivo;	χειμερινῆς δύσεως· ▪ ἀργέστης, ἀπὸ θερινῆς δύσεως· ▪ καικίας, ἀπὸ ἀνατολῆς θερινῆς πνεῖ.	Νότος, ὁ — Notus, Auster, ventus ad meridiem flans. ὁ πλευρόθεν ἄνεμος — ventus a latere flans. πλευρόθεν — latere.
57. Circius et turbo in gyrum se mirifice circumagunt.	57. Στρόβιλος καὶ τυφῶν θαυμασίως δι᾽ ἀνέμου συστροφὴν μεθ᾽ ὑετοῦ κυκλάζεται.	θαυμασίως — mire, admirabiliter. κυκλάζομαι — circumago me, circumeo. μετὰ — cum. στρόβιλος, ὁ — circius, turbo, vortex. συστροφή, ἡ — vehementia venti. τυφώς, ὁ — procella, turbo.
58. Exhalationes sulphureae incensae edunt fulgura (fulgetra) et chasmata.	58. Αἱ ἀποπνοαὶ θειώδεις φλογισθεῖσαι ἀστραπάς τε καὶ χάσματα ἀπεργάζονται.	ἀπεργάζομαι — efficio. ἀποπνοή, ἡ — exhalatio. ἀστραπή, ἡ — fulgur. θειώδης — sulphureus. φλέγομαι — inflammo, incendo. χάσμα, τό — hiatus, labes terrae.
59. Et tum caloris cum frigore pugna tonitrua ciet cum fragore terribili.	59. Τότε γὰρ τὸ θερμὸν πολέμιον ὂν φύσει τῷ ψυχρῷ, βροντάς τε καὶ κεραυνοὺς σὺν δούπῳ φοβερωτάτῳ ποιεῖ.	βεζοάρ*, ὁ* — bezoar, *lapis.* βροντή, ἡ — tonitru. γωνιώδης — angulosus, angularis. δοῦπος, ὁ — sonitus. τὸ θερμόν — calor. κεραυνός, ὁ — fulmen. πολέμιος — adversus, pugnans cum aliquo. τότε — tunc. φοβερός — terribilis. ψυχρόν, τό — frigus.
60. Emicans inde flamma fulmen nuncupatur.	60. Φλὸξ ἐκ τῶν νεφῶν ἐξαναδυομένη καὶ ἐκραγεῖσα κεραυνὸς λέγεται.	ἐκρήγνυμι — erumpo. ἐξαναδύομαι — emergo, exorior.
61. Quod sive sit urens sive discutiens, momento se dissipat, et quicquid eo icitur, corruit.	61. Οὗτος δ᾽ ἢ καυστικὸς ἢ διαφορητικὸς ἢ θλαστικὸς, ὤν, ἐν ἀκαρεῖ διασκορπίζει ἅπαντα οἷς ἐμπίπτει.	ἀκαρής — momentum. θλαστικός — collidens, contundens. καυστικός — urens.
62. Quum fulgurat [et] fulminat, quis non attonitus pavescat?	62. Ὅταν ἀστράπτει, βροντᾷ, τίς οὐκ ἐμβρόντητος (ἐμβεβροντημένος) ὑπερορῤῥωδεῖ;	ἀστράπτω — fulguro. βροντάω — tono. ἐμβροντημένος — obstupefactus. ἐμβροντῶμαι — attonitus fio, obstupesco. οὐκ — non. τίς — quis. ὑπερορῤῥωδέω — valde timeo, pavesco.

63. Cometa nullus unquam fulsit, quin sterilitatem inureret terris aut infectionem.	63. Κομήτης οὐδεὶς πώποτε ἤστραψε ὃς μὴ λοιμόν ἢ λιμὸν τῇ γῇ κατήνεγκεν.	ἀστράπτω — fulgeo. καταφέρω — defero, affero. κομήτης (sc. ἀστήρ), ὁ — cometa, stella comata. λιμός, ὁ — fames; cf. ἡ λιμός (Dor.). λοιμός, ὁ — pestis, pestilentia. ὀρθῶς — recte. οὐδείς — nullus. πώπωτε — unquam.
64. Iris matutina (ut et halo) nubilosam, vespertina serenam tempestatem (sudum) nunciat.	64. Ἶρις καὶ ἅλως ἑωθινή, ἀέρα συννεφῆ (νεφελώδη)· ἑσπερινὴ δ᾽ αἰθρίαν προσημαίνει.	αἴθριος — serenus, sudus, clarus. ἅλως, ὁ — halo, circulus lucidus circa solem aut lunam, cf. ἡ ἀλωή. ἑσπερινός — vespertinus. ἑωθινός — matutinus. Ἶρις, ἡ — Iris, arcus coelestis. νεφελώδης — nubilus. προσημαίνω — portendo. συννεφής — nubilus.
VII. DE AQUIS.	VII. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΥΔΑΤΩΝ.	
65. E laticibus scatentes (scaturientes) saliunt fontes, unde rivi manant.	65. Ἔκ ναμάτων αἱ πηγαί, ἐκ δὲ τῶν πηγῶν τὰ ῥεῖθρα βρύει (βλύζει).	βλύζω — mano, scaturio. βρύω — scateo. νᾶμα, τό — latex, fluentum. ὅταν — ubi, si. πηγή, ἡ — fons. ῥεῖθρον, τό — rivus.
66. Ex his denique, praecipue ubi plures concurrunt, colliguntur fluvii (flumina), jugiter intra ripas suas decurrentes nisi quum aggeres aquarum eruptionibus coërcendis non sufficiunt.	66. Τούτων συῤῥεόντων ποταμοί, καὶ συμβολαὶ γιγνόμεναι, ἐντὸς τῶν ὀχθῶν ῥέουσι, πλὴν ὅταν τοῖς ἐκρήγμασι καὶ ταῖς ἐπιδρομαῖς κυμάτων τὰ ἀναχώματα οὐκ ἀρκεῖ.	ἀρκέω — sufficio, resistere valeo. ἔκρηγμα, τό — eruptio aquarum. ἐντός — intra. ἐπιδρομή, ἡ — incursus, irruptio. κῦμα, τό — fluctus. ὄχθη, ἡ — ripa, ora; cf. ὁ ὄχθος. πλήν — praeterquam. ῥέω — fluo. συμβολή, ἡ — confluxus, concursus fluviorum. συῤῥέω — confluo.
67. Ast sicubi profluvio et decursu carent, tument et in stagna atque aquam residem se diffundunt.	67. Τῇ προχύσει τῆς ῥεύσεως ἐμποδιζομένης, ὕδωρ στάσιμον (ὑδροστάσιον) τέναγος διαχεόμενον συνίσταται.	πρόχυσις, ἡ — effusio. ῥεῦσις, ἡ — profluvium. στάσιμος — reses, stagnans. συνίσταμαι — orior. τέναγος, τό — vadum, aqua restagnans. ὑδροστάσιον, τό — stagnum.
68. Paludes sunt scaturigines sine fluxu.	68. Τὰ ἕλη τόποι πολυπίδακες καὶ πηγῶν οὐ ῥευσταὶ ἀναβλήσεις.	ἀνάβλυσις — scaturigo. πολυπίδαξ — fontibus abundans. οὐ ῥευστός — fluxu carens.
69. Torrentes sunt aquae pluviales rapide defluentes, a quibus exundationes et diluvia.	69. Χειμάῤῥοι, ὕδωρ ὄμβριόν τε καὶ χαραδραῖον, ὅθενπερ ἐπικλύσεις (κατακλυσμοὶ) γίνονται.	γίνομαι — orior. ἐπίκλυσις, ἡ — diluvium, inundatio. κατακλυσμός, ὁ — diluvium, infundatio. ὅθενπερ — unde. ὄμβριος — pluvius, pluvialis. τε καί — et, atque. χαραδραῖος — e torrentibus collectus. χείμαῤῥος — torrens.

70. Aquam, ubi fluit, fluentum; ubi gyratur, gurgitem et vorticem; ubi seipsam absorbet, voraginem; ubi expers fundi est, barathrum dicito.	70. Ὕδωρ ῥέον, ῥεῦμα· ἐς ἑαυτὸ στρεφόμενόν τε καὶ δινούμενον, δίνην· ἑαυτὸ ἀναῤῥοφοῦν, ἄβυθον (βάραθρον) εἰπέ.	ἄβυθος — vorago. ἀναῤῥοφέω — absorbeo. βάραθρον, τό — barathrum, vorago. δίνη, ἡ — vortex. δινόω — circumago virticis instar. ἔπω — dico, appello. ῥεῦμα, τό — fluentum. στρέφω — verto, converto.
71. Si illam natatu plaudis, infuscas. Sed claram et quietam turbari quid refert?	71. Τῇ νήξει τοῦτο κινῶν θολοῖς· ὕδωρ δὲ διαυγὲς ταράττειν τί ὄφελος;	διαυγής — clarus, limpidus. θολόω — turbo. νῆξις, ἡ — natatio, natatus. τὶ ὄφελος; — quid prodest?. ὄφελος, τό — utilitas. τάπης, ὁ — tapes, tapetium.
72. Bulla fit a stillante gutta.	72. Πομφόλυξ σταγόνος σταζούσης γίνεται.	πομφόλυξ, ἡ — bulla. στάζω — stillo.
73. Mare salsum est, ut muria satura.	73. Ἡ θάλασσα ἁλμυρὰ, ἅλμης δίκην.	ἅλμη, ἡ — salsilago, muria. ἁλμυρός — salsus. γίνομαί τινος — fio ex aliqua re. γίνομαι — fio. δίκην — instar. θάλασσα, ἡ — mare.
74. Ubi tellurem terminat, sinus, promontoria, et isthmi sunt.	74. Ὅπου τὴν γῆν διορίζει, κόλποι, ἀκρωτήρια, καὶ ἰσθμοί εἰσιν.	ἀκρωτήριον, τό — promontorium. διορίζω — distermino, distinguo. ἰσθμός, ὁ — isthmus, terra angusta inter duo maria. κόλπος, ὁ — sinus.
75. Undae ejus ab intraneo aestu sex horis fluunt ad littora refluuntque reciproce (alternant) cum sonitu horribili: maxime intra freta atque ad charybdes.	75. Ἡ πλημμυρίς, τουτέστιν ἡ παλίῤῥοια ς′ (ἓξ) ὥραις τῇ ἔσω ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει, μάλιστα ἐντὸς τῶν πορθυμῶν, εὐρίπων, καὶ σύρτεων ἐξανίστασται.	ἄνεσις, ἡ — remissio. ἐπίτασις, ἡ — intentio, incrementum. ἑτέρωθι — alibi, aliis in locis. εὔριπος, ὁ — euripus, fretum reciprocum. μάλιστα — maxime, praesertim. παλίῤῥοια, ἡ — refluxus. πορθμός, ὁ — fretum. σύρτεις — syrtes, brevia, pulvini maris. τουτέστι (pro τοῦτό ἐστι) — hoc est.
76. In boreali plaga oceanus est glacialis (hyperboreus).	76. Ὁ ὠκεανὸς ὑπερβόρειος ὅλος παγερός ἐστιν.	παγερός — glacialis. ὑπερβόρειος — hyperboreus, ultimus versus septentrionem. χώρα, ἡ — regio, terra, plaga. Ὠκεανός, ὁ — Oceanus, mare circa orbem terrarum.
VIII. DE TERRA.	VIII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΗΣ.	
77. Terrae superficies alicubi uda est et uliginosa, alicubi arida et petrosa.	77. Ἡ τῆς γῆς περιφέρεια που μὲν ἔνικμός τε καὶ τελματώδης, ἀλλαχοῦ δὲ πετρώδης, ψαθυρά, καὶ ἄνικμός (σπάνυδρός) ἐστιν.	ἀλλαχοῦ — alibi. ἄνικμος — humore carens, siccus, aridus. ἔνικμος — humidus. πετρώδης — petrosus, saxosus, lapidosus. που — alicubi. σπάνυδρος — aquae egens, aridus. ψαθυρός — fragilis ex siccitate.
78. Nonnullibi plana, seu	78. Ἄλλῃ που ὁμαλή,	ἄγκος — vallis.

planities (aequor). Alibi montes, valles, convalles, tumuli, et depressa loca, hiatus et antra conspiciuntur.	ἑτέρωθι δ’ ὄρη, ἄγκη, συνάγκειαι, θρόμβοι, γήλοφοι, ἐκρήγματα, φάραγγες φαίνονται.	ἀλληποι — alibi, aliis in locis. γήλοφος, ὁ — tumulus. ἔκρηγμα, τό — locus abruptus. ὁμαλός — planus. ὄρος, τό — mons. πλημμυρίς, ἡ — maris aestuatio, accessus. ἄλλη ποι — alicubi. ποι — alicubi. συνάγκεια, ἡ — convallis; cf. ἡ μισγάγκεια. φάραγξ, ἡ — hiatus, terra fissa.
79. Colles et clivi cacumen versus euntibus acclives sunt, declives retro.	79. Οἱ λόφοι, κολωνοὶ τοῖς ἀναβαίνουσιν ἀνάντεις, τοῖς δὲ καταβαίνουσι κατάντεις εἰσίν.	κατάντης — declivis. κολωνός, ὁ — collis. λόφος, ὁ — collis.
80. Terrae motus fit a subterraneis flatibus qui, si prorumpunt foras, labes fiunt.	80. Σεισμὸς ὑπὸ τῶν πνευμάτων ὑπογείων, ἔξω βιαίως ἐνεχθέντων γεγενημένος, χάσμα ἀπεργάζεται.	βιαίως — violenter, vi. ἔξω — foras. σεισμός, ὁ — terrae motus. ὑπόγειος — subterraneus.
81. Glebam, si teris et frias, pulvis erit: si diluis et maceras, lubricum lutum.	81. Βῶλος τετριμμένος, κονιορτός· βεβρεγμένος δὲ ὕδατι, βόρβορος ἢ πηλὸς γλοιώδης ἐστίν.	βόρβορος, ὁ — limus, lutum. βρέχω — madefacio, irrigo. βῶλος, ἡ — gleba, rarius ὁ βῶλος. γλοιώδης — glutinosus, viscidus. κονιορτός, ὁ — pulvis. πηλός, ὁ — lutum. τρίβω — tero. ψάμαθος, ἡ — sabulum.
IX. DE LAPIDIBUS.	IX. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΙΘΩΝ.	
82. Lapis comminutus arena est. Quae si crassior sit, sabulum et glarea vocatur; rudus sunt assulae, seu secamenta (fragmina) petrarum.	82. Ὁ λίθος τριβείς, ψαμμίον· παχύτερος δ’ ὤν, ψάμαθος (ψάμμος), ἐστίν· τὰ ἐρείπια, περιψήματα (ἀποκόμματα) τῶν πετρῶν ἐστίν.	ἀπόκομμα, τό — segmentum, fragmentum, frustum. ἐρείπομαι — vacillo, labor. λίθος, ὁ — lapis. παχύς — crassus. περίψημα, τό — scobs, fragmentum. πέτρα, ἡ — petra, saxum. ψαμμίον, τό — arena. ψάμμος, ἡ — sabulum.
83. Saxa humi jacent (sive exstent sive delitescant). Scopuli et cautes fragosae et inaccessae eminent, crepido prominet.	83. Αἱ πέτραι ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε προύχουσαι εἴτε λανθάνουσαι, κεῖνται· οἱ σκόπελοι, ῥαχίαι τραχεῖαι, καὶ σπιλάδες ἀπρόσιτοι ἐξέχουσιν· ἀπορρὼξ προέχει.	ἡ ἀπορρώξ — crepido, rupis pars prominens, ab ἀπορρώξ —ώγε*. ἀπρόσιτος — inaccessus. εἴτε — sive. ἐξέχω — emineo, exsto. ἐπί — in. λανθάνω — lateo. προέχω — promineo. προὔχω — emineo. ῥαχία, ἡ — rupes in mare procurrens. σκόπελος, ὁ — scopulus. σπιλάς, ἡ — cautes, rupes, scoputlus maris. τραχύς — fragosus.

84. Scrupulus calceo illapsus, nisi eximatur, urget moleste.	84. Λίθαξ ἢ ψηφὶς τῷ ὑποδήματι ἐμπεσοῦσα οὐδ᾽ ἐξαιρεθεῖσα τοὺς ὁδεύοντας ἐνοχλεῖ.	ἐνοχλέω — urgeo, molestia aficio. ἐξαιρέω — eximo. λίθαξ, ὁ/ἡ — lapillus. ὁδεύω — ambulo, eo. οὐδέ — neque. ψηφίς, ἡ — calculus, scrupus lapillus.
85. Cote acuimus obtusa, silice elidimus ignem, Lydio lapide metalla probamus.	85. Ἀκόνῃ τὰ ἀμβλεῖα θήγομεν. ἐκ χάλικος πῦρ ἐκκρούομεν (ἐκθλίβομεν)· λίθῳ Λυδίᾳ τὰ μέταλλα δοκιμάζομεν.	ἀκόνη, ἡ — cos. ἀμβλύς — obtusus. δοκιμάζω — probo, exploro. ἐκθλίβω — elido. θήγω — acuo. Λυδία λίθος — lapis Lydius, obryzo similis. μέταλλον, τό — metallum. χάλιξ, ὁ,ἡ — silex.
86. Tophus arenosus, et scaber friabilis est; pumex spongiosus, exesus, et bibulus, lotioni sive frictioni subserviens.	86. Πῶρος ψαμμώδης, τραχύς, εὔθραυστός (εὐτριβής) ἐστι· ἡ κίσηρις σπογγώδης, ἐκβεβρωμένη, ποτική, πρὸς τὰ λουτρά, καὶ τὰς τρίψεις, οὐκ ἀνωφελής ἐστιν.	ἀνωφελής — inutilis. ἐκβρώσκω — exedo. εὔθραυστος — fractu vel contusu facilis, friabilis. εὐτριβής — tritu facilis. κίσηρις, ἡ — pumex. ποτικός — bibulus. πῶρος, ὁ — tophus, lapis levis et pororsus. σπογγώδης — spongiosus. τραχύς — scaber. τρίψις, ἡ — frictio.
87. Alabastrites candidissimum marmor.	87. Ἀλαβαστρίτης, μάρμαρος λευκότατός ἐστιν.	ἀλαβαστρίτης, ὁ — alabastrites, *lapis.* μάρμαρος, ὁ — marmor.
88. Magnes, eique affricta lingula pyxidis nauticae, septentrioni directe se obvertit, alicubi tamen a meridiano deviat, ad cardinem occiduum vel ortivum deflectens.	88. Ἡ μαγνῆτις, καὶ γλῶττα τοῦ πυξιδίου ναυτικοῦ αὐτῇ προστριβεῖσα πρὸς τὴν ἄρκτον τρέπεται· ἐσθ᾽ ὅπη δὲ ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς δύσιν ἢ ἀνατολὴν ἀποκλίνει.	ἀνατολή, ἡ — oriens. ἄρκτος, ἡ — septentrio. γλώττα, ἡ — lingula. ἐσθ᾽ ὅπη — alicubi. Μαγνῆτις (sc. λίθος*), ἡ — magnes, lapis; cf. ὁ Μαγνήτης (ὁ Μάγνης, ἡ Μαγνησίη) sc. λίθος, Μαγνῆτις πέτρα, ἡ Μάγνης. μεσημβρία, ἡ — meridies. ναυτικός — nauticus. προστρίβω — affrico. πυξίδιον, τό — pyxidula; n.b. dim. a πυξίς.
89. Gemmarum preciosissima est carbunculus (pyropus), secunda ab illa adamas, tum eranus, post sapphirus, smaragdus, jaspis, hyacinthus, onyx, sardonyx, etc. qui angulati micant et scintillant. Bezoar et lachryma cervina pestiferum virus ac	89. Τῶν τιμίων λίθων πολυτιμοτάτη ἄνθραξ (πυρωπός), δεύτερον ἀδάμας, ἔπειτα θυΐτης, πρασῖτις, σμάραγδος, ἴασπις, χρυσόλιθος, ὀνύχιον, σαρδόνυξ. αὗται γωνιώδεις τε καὶ σπινθηροειδεῖς εἰσιν. βεζοάρ, καὶ δάκρυ ἐλάφου τὰ ὀλέθρια, φθαρτικὰ καὶ	ἀδάμας, ὁ — adamas, *gemma.* δάκρυ, τό — (poet.) lacryma. δεύτερον — postea, deinde. ἔλαφος, ὁ/ἡ — cervus. ἐπαρκέω — arceo, propello. θυΐτης, ὁ — thyites, eranus, *gemma.* ἴασπις, ἡ — jaspis, *lapis.* λυγρός — exitiosus, nocuus. ὀλέθριος — oxitiosus, pestifer. ὀνύχιον, τό — onyx, gemma; cf. ὁ ὄνυξ. πολύτιμος — pretiosus, magni pretii. πυρωπός, ὁ — pyropus, carbunculus, *gemma.*

venenosa dispellunt.	λυγρὰ ἐπαρκεῖ.	σάπφειρος — sapphirus, *lapis.* σαρδώνυξ, ὁ,ἡ — sardonyx, *gemma.* σμάραγδος, ἡ — smaragdus, *lapis.* σπινθηροειδής — scintillans. τίμιος — pretiosus. φθαρτικός — exitialis. χρυσόλιθος, ὁ — chrysolithus, lapis.
90. Haematites, alectoria, aëtites, bufonius, sarda, lazulus sequiores sunt.	90. ὁ αἱματίτης, ἀλεκτόρειος, ἀετίτης, βατράχιος, σάρδιον, λάζυλος, ὡς λίθοι εὐτελέστεραι ἀπευωνίζονται.	ἀετίτης (sc. λίθος), ὁ — aëtites, *lapis.* αἱματίτης, ὁ — haematites, *lapis.* ἀλεκτόρειος (sc. λίθος), ὁ — alectorius, *lapis.* ἀπευωνίζω — modico pretio vendo. βατράχιος* (sc. λίθος), ὁ — bufonius, *lapis.* λάζυλος, ὁ — lazulus, *lapis.* σάρδιος*, ὁ — sardius, sarda, lapis.
91. Margaritae et uniones (qui grandiusculi sunt) in conchis reperiuntur. Horum lineis luxuriantes mulierculae sese incingunt, tum etiam perforatis auriculis eosdem illigant.	91. Μαργαρῖται ἐν κόγχαις εὑρίσκονται, οἷς θρυπτικῶς διακείμεναι γυναῖκες τὴν κεφαλήν τε καὶ τὰ ὦτα διακοσμοῦσιν.	διάκειμαι — moribus his vel illis sum. διακοσμέω — adorno, exorno. εὑρίσκω — invenio. θρυπτικῶς διακείμενος — delicatus. θρυπτικῶς — delicate, molliter. κόγχη, ἡ — concha. μαργαρίτης, ὁ — margarita, *lapis.* οὖς, τό — auris.
92. Corallia sunt arbusculae marinae ramusculi.	92. Τὰ κοράλλια, κλαδίσκοι δενδρίου θαλασσίου ἐστίν.	δένδριον, τό — arbuscula. κλαδίσκος, ὁ — ramulus, ramusculus. κοράλλιον, τό — corallium.
93. Vitrum tralucens crystalli simlitudinem habet, non duritiem: scinditur smyrite.	93. Ἡ ὕαλος διαφανής, κρυστάλλῳ ἐμφερεστάτη μὲν τὴν διαφάνειαν, μηδαμῶς δὲ τὴν σκληρότητα· τμητὴ σμύριδι.	διαφάνεια, ἡ — perluciditas. ἐμφερής — similis. κρύσταλλος, ὁ — crystallus. μηδαμῶς — neutiquam. σκληρότης, ἡ — durities. σμύρις, ἡ — smyris, smyrites, lapis quo gemmae poliuntur. τμητός, ὁ — sectilis. ὕαλος, ὁ,ἡ — vitrum.
X. DE METALLIS.	X. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΤΑΛΛΩΝ	
94. Metalla e fodinis eruuntur (effodiuntur): e quibus quia liquescunt, et rursus consistunt (spissantur), varia conflantur.	94. Τὰ μέταλλα ἐκ τῶν ὀρυγμάτων ἐξορύττεται, ἐξ ὧν τηκομένων, καὶ συνισταμένων τεχνήματα χεῖται.	ἐξορύττω — effodio. ὄρυγμα, τό — fodina. πάλιν — rursus. πολλαπλάσιος — multifarius. συνίστημι — consisto, spissor. τέχνημα, τό — artificium, opus arte confectum. τήκομαι — liquefio, liquesco. χέω — fundo.
95. Aurum est perfectissimum: quia purissimum, ac ponderosissimum: praesertim obryzum.	95. Ὁ χρυσὸς ἐντελέστατός ἐστιν, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων μετάλλων ἀμιγής τε, καὶ ὑπερβριθέστατός ἐστι· μάλιστα ὄβρυζον.	ἀμιγής — haud mixtus aliqua re. ἐπειδή — quia, quoniam. ὄβρυζος — obryzus, purus. ὑπερβριθής — ponderosus. χρυσός, ὁ — aurum.
96. Catino immissum,	96. Πεφθεὶς, καὶ τηκτὸς	ἀποβάλλω — amitto.

atque clibano vel centies recoctum, ne hilum quidem substantiae (essentiae) deperdit.	ἐν τρυβλίῳ καὶ κλιβάνῳ ἑκατοντάκις, οὐδὲν τῆς οὐσίας ἀχράντου ἀποβάλλει.	ἄχραντος οὐσία — puritas, sinceritas. ἄρχαντος — impollutus, intactus. ἑκατοντάκις — centies. κλίβανος, ὁ — clibanus, fornax; n.b. Att. κρίβανος. οὐσία ἄχραντος — puritas, sinceritas. οὐσία, ἡ — qualitas. πέπτω — coquo. τηκτός — liquefactus, liquatus. τρυβλίον, τό — catinus, vas fusorium.
97. Argentum huic proxime accedit, quum purum putum est; sed scorias habet, quae amburuntur. Exusto autem intertrimento emundatum fit ductile.	97. Ὁ ἄργυρος καθαρὸς ὤν, τούτου τῇ ἀξίᾳ ἐγγυτάτω· σκωρίαν ἔχει, ἧς πυρὶ ἐκκαυθείσης ἐλατὸς γίνεται.	ἀλήκτως — sine intermissione. ἀξία, ἡ — pretium. ἄργυρος, ὁ — argentum. ἐγγυτάτω — proxime. ἐγγύς τινός εἰμι — proximus alicui sum, proxime accedo. ἐκκαίω — exuro. ἐλατός — ductilis. ἐχῖνος, ὁ — echinus, ventriculus bestiarum. καθαρός — purus. σκωρία, ἡ — scoria, faex metalli.
98. Ferrum, utut durissimum, ferrugine arroditur: depurgatum et induratum aliquoties, chalybs dicitur.	98. Ὁ σίδηρος σκληρότατος μὲν ὅμως δὲ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ κατεσθίεται· καθαρισθεὶς δὲ καὶ σκληρωθεὶς ὁποσάκις, χάλυβς λέγεται.	ἐσθ’ ὁποσάκις — aliquoties. ἰός, ὁ — robigo, ferrugo. καθαρίζω — purgo, depurgo. κατεσθίω — exedo. ὅμως — nihilominus, tamen. σίδηρος, ὁ — ferrum. σκληρός — durus. σκληρόω — duro, induro. χάλυψ, ὁ — chalybs, ferrum duratum.
99. Cupro adhaeret aerugo, ob vividam viriditatem ad tincturas expetita.	99. Τῷ χαλκῷ ἰὸς ἐνίσχεται, οὗ τὸ ἄνθος διὰ τὴν χλωρότητα βαφαῖς ὠφέλιμόν τε, καὶ περιπόθητόν ἐστιν.	ἄνθος, ὁ — flos. βαφή, ἡ — tinctura. ἰός, ὁ — aerugo. ἔστιν ὁποσάκις — aliquoties. ὁποσάκις — quoties. περιπόθητος — desiderabilis, desideratus, expetitus. χαλκός, ὁ — aes, cuprum. χλωρότης, ἡ — viriditas, viridis color. ὠφέλιμος — expediens, utilis.
100. Orichalcum pervulgata usurpatione est cadmia tinctum aes: fundi solum potest, non tenuari in lamellas, ob friabilitatem.	100. Ὁ ὀρείχαλκος τῇ καδμίᾳ διάβροχος, οὐ τυπίας, ἀλλὰ χυτός ἐστι, διὰ τὴν ψαθυρότητα.	ἀλλά — sed. καδμία, ἡ — cadmia, lapis aerosus; cf. ἡ καδμεία. ὀρείχαλκος, ὁ — orichalcum, aes montanum. τυπίας — malleo ductilis. ψαθυρότης, ἡ — friabilis natura, fragilitas.
101. Electro stannum, et hoc plumbum mollius et vilius est.	101. Τοῦ ἠλέκτρου ὁ κασσίτερος, καὶ τούτου ὁ μόλυβδος μαλακώτερός τε, καὶ εὐτελέστερός ἐστιν.	ἤλεκτρον, τό — electrum, genus metalli. κασσίτερος, ὁ — stannum. μόλυβδος, ὁ — plumbeum.

102. Argento vivo (hudrargyro) nihil mirabilius: liquidum est, nec tamen madet.	102. Τοῦ ὑδραργύρου οὐδὲν θαυμασιώτερον· ναροῦ μὲν ὄντος, ἀλλ᾽ οὐχ ὑγροῦ.	μαλακός — mollis. ναρός — liquidus, fluidus. οὐχ — non. ὑγρός — humidus, madidus. ὑδράργυρος, ὁ — argentum vivum.
103. Nam sive id super aliquid effundas, sive ei aliquid immergas, sive aspergas, nihil madescit.	103. Οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτῷ ἐκχεομένῳ διυγραίνεται.	διυγραίνω — madefacio, humecto. ἐκχέω — effundo. ἐν — in, super.
463. Nauclerus gubernaculo assidens clavum gubernat, navarchus imperitat. Alii per pergulas (ageas) et per foros cursitantes ad antennas vela (acatium nempe, thoracium, et quandoque etiam supparum) alligant, eaque ad ambo usque cornua diducta, trajectis per carchesium funibus subvectant, vel contracta demittunt: alii epidromum puppi, dolonem in prora, aplustria in mali fastigio defigunt.	463. Ὁ ναύκληρος τῷ πηδαλίῳ προσκαθιζόμενος τὸ ἐφόλκαιον κυβερνᾷ· ὁ ναύαρχος ἄρχει· οἱ ναῦται ἀσχολούμενοι ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, καὶ τῶν τοῦ πλοίου παρόδων διατρέχουσι, τὰ ἱστία οἷον ἀρτεμῶνα, θωράκιον, ἐπίδρομον, τῇ κεραίᾳ ἐφάπτουσι, καὶ πρὸς ἄμφω τὰ κέρατα σχοίνοις διὰ τοῦ καρχησίου διεκβαλλόμενοι, ἀνέλκουσιν, ἢ ὑφιέντες συστέλλουσιν. ἄλλοι ἐπίδρομον ἐν πρύμνῃ, δόλωνα ἐν πρῴρᾳ, καὶ τὰ ἄφλαστα ἐν τῇ τοῦ ἱστοῦ κορυφῇ ἐκπεταννύουσιν.	ἄμφω — ambo. ἀρτέμων, ὁ — artemon, velum navis majus. ἄρχω — impero. ἀσχολούμενος διατρέχω — assidue discurro. ἀσχολοῦμαι — impiger, assiduus sum. ἄφλαστον, τό — aplustre, ornamenta navis. διατρέχω τοῦ πλοίου παρόδων — per foros navis. διατρέχω — discurro. διεκβάλλω — trajicio per aliquid. δόλων, ὁ — dolon, minimum velum ad proram. ἐπίδρομος, ὁ — epidromus, velum posterius. ἐφόλκιον, τό — clavus navis, gubernaculum; cf. τὸ πηδάλιον. θωράκιον, τό — thoracium, velum quadratum quod maximo velo incumbit. ἱστίον, τό — velum. ἱστός, ὁ — malus navis. ἰχθύς, ὁ — piscis.^ κατάστρωμα, τό — fori, tabulatum navis quod nautas aut milites sustinet. κεραία, ἡ — antena, lignum transversum e malo navis. κυβερνάω — guberno, moderor. ναύαρχος, ὁ — navarchus, praefectus navis. ναύκληρος, ὁ — nauclerus, navis gubernator. πάροδοι, αἱ — fori, tabulata navium constrata per quae currunt nautae. πηδάλιον, τό — gubernaculum, clavus navis. πλοῖον, τό — navis. προσκαθίζομαι — assideo. πρύμνα, ἡ — puppis, extrema navis

		pars. πρώρα, ἡ — prora, anterior pars navis.
464. Tranquillo salo velificatio non procedit, nisi remiges per transtra ad scalmos considentes (identidem celeusmate per celeusten inclamandi et exhortandi) remigent, vel remulco navim trahant helciarii, vel ubi opus, contis trudendo a brevibus et scopulis propellant navicularii.	464. Μαλακίας οὔσης ναυτίλλεσθαι οὐ δυνατόν, εἰ μὴ πρόσκοποι καθίζοντες ἐπὶ τῶν σελμάτων, ἐν τοῖς σκαλμοῖς ἐρέσσωσι, ἢ ἑλκυστῆρες ῥυμουλκῶσι, ἢ κόντοις τὴν ναῦν ἀπὸ βραχίων. καὶ σκοπέλων ἀπωθῶσιν. κελευστὴς δὲ τούτους ἅπαντας ὀφείλει ἐποτρύνειν.	ἀνάγω — tollo, subduco. ἀπωθίζω — propello. βραχέα, τὰ — brevia, syrtes in mari. ναυτίλλεσθαι οὐ δυνατόν — navigatio non procedit, navigari non potest. δυνατόν, τό — quod fieri potest. ἑλκυστήρ (sc. ἀνήρ), ὁ — helciarius, qui navem fune trahit. ἐποτρύνω — impello, excito. ἐρεύνομαι — ructo. κελευστής, ὁ — celeustes, qui remiges adhortatur. κόντος, ὁ — contus, hasta nautica longa et robusta. μαλακίας οὔσης — tranquillo salo. μαλακία, ἡ — summa tranquillitas maris. ναῦς, ἡ — navis. ναυτίλλεσθαι οὐ δυνατόν — navigatio non procedit, navigari non potest. ναυτίλλομαι — navigo. ὀφείλω — debeo. πρόσκωπος, ὁ — remex. ῥυμουλκέω — remulco sc. loris funibusque navem traho. σελίς, ἡ — pagina. σκαλμός, ὁ — scalmus, lignum teres cui remi loro alligantur. σκέπτομαι — circumspicio, speculor.
465. Nam in illos si incidant, naufragio periclitantur, ni jacturam faciant necessitudine id efflagitante. Idcirco profunditatem bolide exquirunt, ne alicubi adhaerescant et naufragium faciant.	465. Τούτοις γὰρ ἐμπεσόντες κινδυνεύσουσι ναυαγεῖν, ἂν μή, εἰ ἐπάναγκες, ἐκβολὴν ποιῶσι, διὰ τοῦτο βολίδι βυθὸν διερευνῶσι, τὴν ναυαγίαν ἐκφυγεῖν σπουδάζοντες.	ἂν μή — nisi. βυθός, ὁ — profunditas, profundum. διερευνάω — indago, perscrutor. ἐκβολή, ἡ — jactura mercium e navi. ἐπαναγκές — necesse est, opus est. κινδυνεύω — periclitor. ναυαγέω — navem frango, naufragor, naufragium facio. ναυαγία, ἡ — naufragium.
466. Vento minus secundo (adverso) obliquandi sunt sinus carbasorum vel remulcandum est. Procella oborta ne abripiantur a decumanis fluctibus, anchoram rudenti annexam jaciunt atque ita fluctuant et jactantur.	466. Πνεύματος οὐκ ἐπιφόρου ὄντος πλαγιάζειν τὴν ὀθόνην, ἢ ῥυμουλκεῖν, ἀέλλης ἀνισταμένης, ἵνα μὴ ναῦς ὑπὸ τρικυμίας ἀποφέρηται, ἀγκυροῦν αὐτὴν δεήσει, καὶ οὕτως ἀκινδύνως κυμαίνεται.	ἀγκυρόω — ancora firmo. ἄελλα, ἡ — procella, turbo. ἀνίσταμαι — oborior. ἀποφέρω — aufero, abripio. ἀποφέρω — aufero, tollo. ἐπίφορος — secundus, prosper. κυμαίνομαι — fluctuo. ὀθόχνη, ἡ — velum nauticum, carbasus. πλαγιάζω — obliquo. πνεῦμα, τό — ventus. ποταμικός — fluvialis, fluviatilis. ποταμός, ὁ — fluvius, flumen,

		amnis. τρικυμία, ἡ — fluctus decumanus, magnus.
467. Primam navigans (naviculans) (sive corbita, sive celoce sive etiam lembo invehatur, perinde est) nauseam vix effugit, si quidem paulo velocius a flabris aspirantibus impellantur.	467. Τὸ πρῶτον πελαγίζων ὁλκάδι ἢ κέλητι ἢ λέμβῳ, ὡς ἐπὶ πολὺ, τῆς θαλάσσης δυσχειμέρου οὔσης, ναυτιᾷ.	ἀχθοφόρος (sc. ἀνήρ), ὁ — bajulus. δυσχείμερος — tempestuosus. ἐμποδίζω — impedio. κελήτιον, τό — celox, navigii genus breve atque utile; cf. ὁ κέλης. λέμβος, ὁ — lembus, parvum navigium. ναυτιάω — nauseam patior, nauseo, evomere conor et adnitor. ὁλκάς, ἡ — corbita, navis oneraria. πελαγίζω — navigo.
468. Navis vacua, praesertim actuaria, quo firmius innatet, saburra oneratur: sed si plus nimio, pessum ibit.	468. Τὸ πλοῖον κενόν, μάλιστα εὔπορός τις πλάτη, ἐπ᾽ ἀσφαλείᾳ τοῦ δρόμου ἑρματίζεται, γόμου ὑπερπιμπλάμενον, καταδύεται.	ἀσφάλεια, ἡ — securitas. βολίς, ἡ — bolis, pondus funiculo affixum quo demisso nautae explorant profunditatem maris. ἕρμα, τό — saburra . ἑρματίζω — saburra onero. εὔπορος (sc. ναῦς), ἡ — actuaria navis. καταδύω — demergo. πλάτη, ἡ — ratis. ὑπερπίμπλημι γόμου — nimis onero. ὑπερπίμπλημι — nimis repleo. ὑφίημι — submitto, demitto.
469. Ubi fatiscit (quod multoties fit), nautea per hiscentes rimas illabitur, atque in carinam confluit: unde antlia exantlatur seu sentinatur. Post, ut rimulae omnes stipentur, phalangis in siccum subducitur; et commissurae stupa aut musci coma referciuntur ac ferruminantur, tandemque oppicantur naupegis.	469. Τοῦ πλοίου ὑποσάρπου ὄντος (διαχαίνοντος) ὕδωρ διὰ ῥαγάδων, εἰς τὴν τρόπιν εἰσρεῖ, ὃ χρὴ ἐξαντλεῖν ἀντλίᾳ, εἶτα τοὺς ναυπηγοὺς δεήσει τοῦ πλοίου εἰς γῆν ὁλκοῖς ἀνηγμένου ἁρμονίας καὶ συναφὰς τῇ τοῦ λίνου δευτέρου στύπῃ, ἢ μνίῳ (βρύῳ) πακτοῦν τε καὶ πιττοῦν.	ἁρμονία, ἡ — commissura. διαχαίνω — fatisco, hiatu diducor. εἰσρέω — influo, illabor. ἐξαντλέω — exhaurio. ἴουλος, ὁ — muscus. κεραμεῖον, τό — figuli officina, figlina. μνίον, τό — muscus. ὁλκός, ὁ — remulcus, quo naves ex uno mari in alterum per continentem traducuntur. πακτόω — compingo, coagmento. πιττόω — oppico, pice illino. ῥαγάς, ἡ — fissura, rima. στύπη, ἡ — stupa*; cf. τὸ στυπεῖον. συναφή, ἡ — commissura. τρόπις, ἡ — carina, ima navis pars. τοῦ πλοίου ὑποσάθρου — quum navis fatiscit. ὑπόσαθρος — rimosus.
470. Navigatione peracta, actutum navigia in portum appellenda sunt, aut certe in opportunam stationem (navale) deducenda.	470. Τῆς ναυτιλίας ἐκτελεσθείσης αὐτίκα πρὸς γῆν ὁρμητέον, ἢ ναύσταθμον ζητητέον ἐστίν.	αὐτίκα — statim. ναύσταθμος — navale, navium statio. ορμάω — appello navem.
471. In navigabili flumine raro triremibus ac liburnicis onerariis, ut plurimum vero lintribus, scaphis, cymbis et	471. Ἐν πλοΐμοις ποταμοῖς χρεία σχεδὸν οὐδεμία τριήρων, λιβυρνικῶν φορτηγῶν,	ἀκάτιον, τό — acatium, velum maximum in navi. λιβυρνική* (sc. ναῦς), ἡ — liburnica, genus navigii triremis figuram habens. πλόϊμος — navigabilis.

phaselis utimur, qui remis provehuntur, immo et ratibus.	ἀλλ’ ὡς πολύ, μονοξύλων σκαφιδίων, ἀκατίων, φασήλων κωπηλατουμένων, καὶ σχεδιῶν.	σκαφίδιον, τό — scapha. σχεδία, ἡ — ratis. τριήρης, ἡ — triremis. φάσηλος, ὁ — phaselus, navigium oblongum. φορτηγός (sc. ναῦς), ἡ — navis oneraria. χρεία, ἡ — usus.
472. Ubi vadum deest, pontone trajiciunt, diciturque trajectus: sed portitor naulum poscit.	472. Ὅπου πόρος οὐκ ἔστι, τῷ πορθμείῳ ποταμὸν διαπερατέον ἐστίν. ὁ τόπος πορθμὸς λέγεται. ὁ δὲ πορθμεὺς ναῦλον αἰτεῖ.	διαπεράω — trajicio. ναῦλον, τό — naulum, portorium. πορθμεῖον, τό — ponto quo flumen trajicitur. πορθμεύς, ὁ — portitor, vector. πορθμός, ὁ — trajectus. πόρος, ὁ — vadum quod pedibus transiri potest.
473. Alibi fiunt pontes lapidei vel sublicii, et pensiles: itemque ponticuli.	473. Ἀλλαχόθι μὲν γέφυραι λίθιναι, ξύλιναι, ἐπικρεμεῖς (κρεμασταὶ) καὶ γεφύρια κατασκευάζονται.	ἀλλαχόθι — alibi. γέφυρα, ἡ — pons. γεφύριον, τό — ponticulus. ἐπικρεμής — pensilis. κρεμαστός — pensilis. λίθινος — lapideus.
474. Urinatores quaevis profunda tranant submersa perquirentes.	474. Οἱ δύται εἰς βυθὸν ἑαυτοὺς ἐφιέντες τὰ καταποντιζόμενα ἀνερευνῶσιν.	ἀνερευνάω — investigo. δύτης, ὁ — urinator. ὑποβρύχιος — submersus, demersus.
XLIV. DE ITINERIBUS.	XLIV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΓΗΝ ΠΟΡΕΙΑΣ.	
475. Viator, quo tendit, recta sine ambagibus proficiscatur, ad deverticula ne divertat.	475. Τὸν ὁδοιπόρον δεῖ ἄνευ περιοδείας εὐθυπορεῖν.	εὐθυοπέω — rectam viam sequor, recto itinere progredior. ὁδοιπόρος, ὁ — viator. περιοδεία, ἡ — ambages, circuitus. πορεία, ἡ — iter.
476. Semitae causa viam ne deserat, nisi tritus sit callis et itineris dux comesve peritus praesto.	476. Τῆς ἀτραποῦ χάριν, ἐμπείρου μὴ παρόντος ὁδηγοῦ, οὐ χρὴ τῆς ὁδοῦ παρατρέπεσθαι.	ἄτραπος, ἡ — semita. ἔμπειρος — peritus. κύων, ὁ/ἡ — canis. ὁδηγός, ὁ — dux viae seu itineris. παρατρέπομαι — deverto, deflecto a via.
477. Avia (devia) et salebras qui metuit, nusquam deviet.	477. Ὁ τὰ ἄβατα καὶ δυσχωρίας φοβούμενος, μὴ ἐκπατείτω.	τὰ ἄβατα — avia. ἄβατος — avius. δυσχωρία, ἡ — salebrae. ἐκπατέω — extra viam tritam evagor, a via deflecto.
478. Bivium et trivium fallax est: quapropter ne erres, obvios sciscitare, qua eundum? Num hac an illac, prorsum an rursum, dextrorsum an sinistrorsum flectendum sit?	478. Ἡ δίοδος, τρίοδος ἀπατηλή, ὅπως οὖν τῆς ὁδοῦ μὴ διαμάρτῃς, τοὺς ἀπαντῶντας ἐρώτα ποῖ χρὴ βαδίζειν, τῇ μέν, ἢ τῇ δε, πρόσω ἢ ὀπίσω, εἰς δεξιὰ ἢ ἀριστερά.	ἀπαντάω — occurro, obviam venio. εἰς ἀριστερά — ad sinistram, sinistrorsum. βαδίζω — eo. εἰς δεξιά — ad dextram, dextrorsum. δίοδος, ἡ — bivium. ἐρωτάω — interrogo, quaero ab aliquo. ἤ — an. ὅπως μή — ne. ὅπως — ut.

		ποῖ — quo, quorsum. τῇ μὲν ἢ τῇ δέ — hac an illac. τῇ — hac, illac. τῇδε — hac. τρίοδος, ἡ — trivium.
479. Tramites et compita non aeque seducunt.	479. Ἡ τρίβος, τὰ ἄμφοδα οὐχ οὕτως ἀπατηλά.	ἄμφοδον, τό — compitum. τρίβος, ἡ,ὁ — trames, semita, callis.
480. Peregrinari ut absque interprete possis, idioma calle.	480. Ὅπως ἄνευ ἑρμηνέως ξενίζεσθαι δύναιο, γλώττας μάνθανε.	ἐμπόρευμα, τό — merx. ξενιτεύω — peregrinor.
481. Peregre ituro ocreae competunt aut perones ob caenum; et petasus (galerus) ob solem; et rheno aut mastruca ob frigus; et lacerna scortea vel penula e coacta lana ob pluvias; et baculus (baculum) seu scipio, quo nitatur: adminiculo enim est.	481. Τῷ ἀποδημήσοντι ἁρμοστὰ ταῦτα· πηλοβατίδες*, πέτασος, διφθέρα, κατωνάκη, τρίβων, διφθέρα, φαινόλη ἐξ ἐρίου πηκτή, βακτηρία πρὸς ὑποστήριγμα.	ἀποδημέω — peregrinor. ἁρμοστός — conveniens. βακτηρία, ἡ — baculus. διφθέρα, ἡ — rheno (reno), velamen villosum humeros pectusque tegens. διφθέρα — lacerna. ἔριον, τό — lana. κατωνάκη, ἡ — mastruca, vestis pellicea; cf. ὁ κατωνάκης. πέτασος, ὁ — petasus, galerus, tegmen capitis latum et expansum. πέτασος, ὁ — petasus, tegmen capillo solem arcens. πηλοβατίς, ἡ — pero; cf. ἡ ἀρβύλη, ἡ ἀσκήρα. τρίβων, ὁ — lacerna, penula, vestis quae tunicae inducitur adversus aëris injuriam. πρὸς ὑποστήριγμα — adminiculi causa. ὑποστήριγμα, τό — adminiculum.
482. Opus et viatico ad faciendas impensas: vel literis (tessera) collybisticis ab aliquo collybista.	482. Καί γε μὴν ἐφοδίου πρὸς τὰς εἰς πορείαν δαπάνας, ἢ κολλύβου παρὰ κολλυβιστοῦ, χρείαν ἔχει.	ἀγοράσματα, τὰ — venalia. δαπάνη, ἡ — sumptus, impensa. ἐφόδιον, τό — viaticum. καί γε μήν — porro. κολλυβιστής, ὁ — collybista, campsor, qui dat vel accipit litteras collybisticas. κόλλυβος, ὁ — collybus, litterae collybisticae, in quibus scriptum est de quadam summa pecuniae ab eo qui eas recepturas sit, persolvenda. χρεία, ἡ — opus.
483. Sed et patientia: sub dio enim pernoctare obtingit.	483. Οὐδὲν δὲ γ' ἧττον μεγάλης ὑπομονῆς· θαμὰ γὰρ αἰθριοκοιτέον ἐστίν.	αἰθριοκοιτέω — sub dio cubo. ὑπομονή, ἡ — patientia.
484. Ubi ubi es, quīcum (quocum) sis attende, quid occulte geratur quam sagacissime aucupans.	484. Ὅπου πότε γῆς ἂν ᾖς σκέπτου τί λάθρα πράττεται.	ὅπου ποτὲ γῆς — ubicunque terrarum. ὅπου ποτέ — ubicunque. ποτέ — unquam. πράττω — ago, gero.
485. In peregrinationibus enim intuta sunt omnia.	485. ἐν πορείαις γὰρ ἅπαντα ἄπιστα καὶ	ἄπιστος — intutus. ἀποσφάττω — jugulo. ἁρπαξίβιος — raptu vivens.

Latrones trucidant, praedones spoliant, piratae arreptos abducunt. His igitur latrocinantibus ac praedantibus ne obvies, cauto opus. Immo ne in hospitiis quidem, praesertim apud caupones, hospes ab hospite tutus est.	ἐπισφαλῆ· οἱ λῃσταὶ ὁδοιποροῦντες ἀποσφάττουσιν, οἱ ἅρπαγες τοὺς ξενιτεύοντας λωποδυτοῦσιν· οἱ πειραταὶ αὐτοὺς ἀνδραποδίζουσιν. φρόντιζε μὴ τοιούτοις ἁρπαξιβίοις ἐμπέσῃς· οὐδὲ πάντως ἀσφαλῆ τὰ ξενοδοχεῖα καὶ καπηλεῖα. ὁ ξένος (καταλύτης) παρὰ τῷ ξενοδόκῳ ἀκινδύνως ἀεὶ οὐκ ἔχει.	ἐπισφαλής — periculosus, intutus. καπηλεῖον, τό — diversorium, caupona. καταλύτης, ὁ — hospes. λῃστής, ὁ — latro. λωποδυτέω — spolio, praedor. ξενοδοχεῖον, τό — hospitium, locus ubi hospites recipiuntur, diversorium. ξενοδόχος (ξενοδόκος), ὁ — hospes, qui peregrinos excipit. ξένος, ὁ — hospes, qui apud aliquem in hospitio est. ὁδοιδοκέω — vias insideo. ὁδοιδόκος, ὁ — latro, is qui vias insidet ac viatores intercipit. παρά — apud. πειρατής, ὁ — pirata, praedo marinus. φροντίζω — caveo.
486. Ut sarcinam tuam commode gestes, vidulus, mantica, pera (sacciperium), bulga, marsupium (crumena, loculus, funda), denique sinus opus est.	486. Ὅπως τὰ πρὸς ὁδοιπορίαν ἐπιτήδεια συσκευαζόμενος δύναιο εὐφόρως βαστάζειν, εὔχρηστα τάδε· σακκίον, πήρα, ἱπποπήρα, ἀσκοπήρα, μαρσύπιον, ἀργυροθήκη, κόλπος.	ἀργυροθήκη, ἡ — loculus in quo servatur pecunia. εὐφόρως — leviter, facile, commode. εὔχρηστος — utilis, quo opus est. ἱπποπήρα, ἡ — bulga, sacculus quo equites necessaria itineri secum ferunt; n.b. fere plurale. μαρσύπιον, τό — marsupium; cf. ὁ μάρσυπος, τὸ βαλάντιον. ὁδοιπορία, ἡ — iter. σακκίον, τό — sacculus. συσκευάζω — in fasciculum colligo, in sarcinam connecto.
487. Ut expeditior sis, impedimentis ne te aggravato: remorantur enim festinos.	487. Εὐσκεύει ἵνα εὐκολώτερον πορεύῃ· αἱ ἀποσκευαὶ ἐμποδών εἰσιν.	ἐμποδών, τό — impedimento, ab ἐμποδών (adverbium). εὐκόλως — expedite. εὐσκευέω — impedimentis modice me onero. πορεύομαι — proficiscor.
488. Si maturandum (celerandum) est, veredis (celetibus) uti praestat, quam meritoriis equis.	488. Ὅπου χρὴ σπεύδειν δρομικοῖς ἵπποις καὶ κέλησι χρηστέον ἐστίν.	δρομικός — velox. κέλης, ὁ — veredus. πάροχος, ὁ — equus veredus.
489. E longinquo reducem salvum et sospitem laetabundi tui te excipient.	489. Οἴκαδέ σε ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐπανελθόντα σῶον, ἀνόσητον (εὔρωστον), οἱ ἐπιτήδειοι περιχαρεῖς ἐκδέξονται.	ἐξ ἀλλοδαπῆς (sc. χώρας) — e terra peregrina. ἀλλοδαπός — extraneus, peregrinus. ἀνόσητος — salvus, sospes. ἐκδέχομαι — excipio. ἐπιτήδειος — necessarius, amicus. εὔρωστος — bene valens. οἴκαδε — domum. συζευγνύω — conjungo, adjungo. σῶος — salvus.
XLV. DE MERCATURA.	XLV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΜΠΟΡΙΑΣ.	

490. Mercatores, bona aliunde allata non absque lucro (quis enim cum damno negotiaretur?) dividunt.	490. Οἱ ἐμπορίαν ἐμπορευόμενοι (ἐργαζόμενοι) ἀλλαχόθεν προσενεγκάμενοι τὰ ἐμπορεύματα, οὐκ ἄνου κέρδους αὐτὰ ἐπ’ ἀργυρίῳ καταλλάττονται· τίς γὰρ ἀκερδῶς καὶ ἐπιζημίως πραγματεύεσθαι προαιροῖτο;	ἀκερδῶς — sine lucro, cum damno. ἀλλαχόθεν — aliunde. ἄνευ — sine. ἀργύριον, τό — argentum. ἐμπορία, ἡ — mercatura. ἐπί — cum. ἐπιζημίως — cum damno. ἐργάζομαι — negotior. καταλάττω ἐπ’ ἀργυρίῳ — divendo. καταλλάττω — commuto, permuto. κέρδος, τό — lucrum. πραγματεύομαι — negotior. προαιροῦμαι — praeopto, malo. προσφέρω — affero.
491. In emporiis celebria exercentur commercia: oppidatim mercatus solenes et nundinae instituuntur. Monopolia incolis molesta esse et parum conducibilia notorium est.	491. Ἐν ἐμπορίοις πλεῖσταί τε καὶ μεγάλαι συναλλαγαί. κατὰ πόλεις δ’ ἀγοραὶ ἐτήσιαι δημοτελεῖς, καὶ παντοπωλίαι γίνονται. ἡ μονοπωλία οὐδαμῶς οινωφελής, μᾶλλον δὲ τοῖς αὐτόθεν (κατοίκοις) ἀνιαρά ἐστιν.	ἀγορά, ἡ — mercatus. ἀνιαρός — molestus. ὁ αὐτόθεν (sc. ὤν vel οἰκῶν) — qui in ipso loco habitat, incola. αὐτόθεν — in ipso loco. δημοτελής — publicus. ἐμπόριον, τό — emporium, locus ubi mercatura exercetur. ἐτήσιος — anniversarius, quotannis fieri solitus. κοινωφελής — publice utilis. μονοπώλιον, τό — monopolium, arbitrium vendendi quo quis solus quidpiam vendere potest. παντοπωλία, ἡ — mercatus, nundinae. κατὰ πόλεις — oppidatim. πόλις, ἡ — urbs, oppidum. συναλλαγή, ἡ — commercium.
492. Et propolae et institores et tabernarii quaestum facientes in cadurcis suis, et circumforanei et scrutarii (grytopolae) cum scrutis suis frivolis negotiatore dici volunt.	492. Οἱ προπώλαι, παλιγκάπηλοι, γρυτοπώλαι, γελγοπώλαι, ἀγύρται περιαγοραῖοι γρυτάρια καὶ ῥῶπον καταπιπράσκοντες, ἔμποροι προσαγορεύεσθαι ἀξιοῦσιν.	ἀγύρτης, ὁ — circulator. ἀξιόω — postulo, peto, volo, cupio. γρυτάρια, τὰ — (dim. ab ἡ γρύτη) scruta, merces frivolae. γρυτοπώλης, ὁ — scrutarius, is qui res frivolas vendit. ἔμπορος (sc. ναύτης), ὁ — negotiator, mercator. καταπιπράσκω — vendo, venundo. παλιγκάπηλος, ὁ — institor, revenditor. περιαγοραῖος — circumforaneus. πέρναμαι — veneo. προπώλης, ὁ — propola, is qui merces prius emit, ut pluris revendat. ῥῶπος, ὁ — merx parvi pretii. τί μή — quidni.
493. Et quidni? Ubique sane merx licet (venit), venditor venalem exponit, et indicat quanti: emptor licetur (licitatur) donec	493. Καὶ τί μή; πανταχοῦ τὰ ἀγοράσματα πέρναται, ἀπεμπολεῖται· τὰ ὤνια ἐν πωλητηρίῳ ὁ πώλης προτιθεὶς διατιμᾷ, ὁ δ’	διατιμάω — aestimo, pretium pono. ἕως ἄν — donec. προστίθημι — expono, propono. πώλης, ὁ — venditor. πωλητήριον, τό — forum, taberna, ubi res venales exponuntur. συνάλλαγμα, τό — conventio.

conveniant.	ὠνητὴς ἀντωνεῖται, ἕως ἂν τὸ συνάλλαγμα γένοιτο.	ὑπερθεματίζω — licitor, contra licitor. ὠνητής, ὁ — emptor. τὰ ὤνια (sc. χρήματα) — merces quae venduntur. ὤνιος — venalis.
494. Sed qui mercatur, ne se defraudet in emptione, nummorum (qui aurei sunt, vel argentei, vel aerei) teneat valorem: ut oboli, semoboli, teruncii, semissis, assis, grossi, denarii, floreni, solidi imperialis, scutati, coronati, etc.	494. Ὁ ὠνοῦμενος, ὅπως μὴ ὑπὸ τῶν τιμιοπωλῶν νοσφίζοιτο, τὸ νόμισμα χρυσοῦν, ἀργυροῦν, χάλκειον, καὶ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ, γινωσκέτω, οἷον ὀβολοῦ, ἡμιοβόλου, ἡμιασσαρίου, ἀσσαρίου, γροσσοῦ, δηναρίου, φλορηνοῦ, δαληροῦ, σκουτάτου, κορωνατοῦ.	ἀργυροῦς — argenteus. ἀσσάριον, τό — as, moneta. δαληρός*, ὁ — thaleros, moneta Germanica. δηνάριον, τό — denarius, moneta. ἡμιασσάριον, τό — semissis, as dimidius. ἡμιόβολος*, ὁ — semiobolus, moneta. κορωνατός*, ὁ — coronatus, moneta. νόμισμα, τό — numisma, moneta. νοσφίζω — defraudo. ὄβολος, ὁ — obolus, moneta. ὄλυνθος, ὁ — grossus, moneta. σκουτατός*, ὁ — scutatus, moneta. τιμιοπώλης — rerum pretiosarum venditor. φλωρηνός*, ὁ — florenus, muneta. χρυσοῦς — aureus. ὠνοῦμαι — mercor, emo.
495. Nec qui vetustus rerum aestimationes investigat, nescius sit talenti Attici, quod valuisse volunt antiquarii sexaginta minas: mina autem valuit centenos denarios (drachmas) seu quadringentos sestertios: sestertius autem duos circiter crucigeros monetae Germanicae.	495. Οὐδὲ τὴν παλαιὰν τιμὴν σαφῶς μαθεῖν σπουδάζων ἀγνοείτω τάλαντον Ἀττικὸν ξʹ μνῶν, μνᾶν ἑκατὸν δραχμῶν, ἢ υʹ σεστερτίων; τοῦτον δὲ βʹ κρουκιγερῶν ὡσεῖ κατὰ τὸ ἡμέτερον νόμισμα εἶναι.	Ἀττικός — Atticus, ex Attica regione. δραχμή, ἡ — drachma, moneta. ἑκατόν — centum. ἡμέτερος — noster. μνά, ἡ — mina, moneta Attica. παλαιός — vetus, antiquus, priscus. σαφῶς — plane, liquido. σέρις*, ἡ — scariola, *herba.* ταλαιπωρέω — vexo. ὡσεί — circiter, fere.
496. Pretium annonae ingravescit aut remittit prout ejus raritas aut affluentia est: sed nihil carius constare ajunt, quam quod precibus emitur.	496. Σιτοδείας (σπανοσιτίας) ἐμπεσούσης, ὁ σῖτος βαρυτιμεῖται, ἡ δὲ τιμὴ αὐτοῦ ἐπʹ ἔλαττον βαδίζει, εὐωνίας οὔσης· οὐδὲν δέ, φασίν, πλείονος ἢ τὸ ὤνιον εὐχῶν ἐστιν.	ἐπ' ἔλαττον βαδίζω — decresco. βαρυτιμεῖται ὁ σῖτος — fit annonae gravitas. βαρυτιμοῦμαι — pretio augeor. ἐπʹ ἔλαττον βαδίζω — imminuor, decresco. ἔλαττον — minus. εὐχή, ἡ — preces. εὐωνία, ἡ — affluentia rei quae facit ut vili pretio fit, vilitas. πλείων — plus. σιτοδεία, ἡ — penuria annonae sc. rei frumentariae. σπανοσιτία, ἡ — penuria annonae. χωρίζομαι — secernor, remaneo.
XLVI. DE VESTIARIIS	XLVI. ΠΕΡΙ ΤΗΣ	

OPIFICIIS.	ΙΜΑΤΟΥΡΓΙΚΗΣ.	
497. Linum et cannabis macerantur in lacunis, et exsiccata frangibulo conteruntur, tum carminantur (caruntur) carmine, remanente ibi flocco, hic stupa.	497.* Τὸ λίνον, κάνναβίς τε ἐν ὑδροδόκοις ἐναποβρέχεται, ξηραίνεται κτενὶ γναφικῷ κναφάλου τε καὶ στύπης κεχωρισμένης.	ἐναποβρέχω — macero. ἱματουργική (sc. τέχνη), ἡ — ars vestiaria. κάνναβις, ἡ — cannabis. ξαίνω — carmino, carpo. ξαντικός — ad carminandum pertinens. σκόλλυς (σκόλλις), ὁ — floccus, villus, cirrus. συντρίβω — contero. ὑδροδόκος, ὁ — lacuna, lacus.
498. Dehinc netrices penso ad colum applicato fila trahunt (nent), sive rotula sive fuso cum verticillo.	498. Αἱ χερνήτιδες κλῶσμα ἠλακάτῃ περιδέουσαι, πηνίον κατάγουσι, κατακλώθουσι τῷ κλωστῆρι ἢ ἀτράκτῳ σφόνδυλον ἐχούσῃ.	ἄτρακτος, ὁ — pensum, quod netrices colo applicant. ἠλακάτη, ἡ — rotulus, fusus, colus. κατάγω — deduco. κατακλώθω — fila deduco, stamina deduco. κλῶσμα, τό — pensum quod colo applicatur. κλωστήρ, ὁ — rotula coli, fusus. κτείς, ὁ — pecten. περιδέω — circumligo. πηνίον, τό — stamen, stilum. συνάγω — colligo. σφόνδυλος — verticillus coli. χερνῆτις, ἡ — netrix.
499. Ex fuso fila in girgillum deducuntur, inde in rhombum, ex rhombo glomerantar glomi, et fit tela.	499. Ἐκ ῥόμβου αἱ ἀγαθίδες συνάγονται, μηρύονται, καὶ ἱστὸς γίνεται.	ἀγαθίς, ἡ — glomus. ἱστός, ὁ — tela. μηρύω — glomero. ῥόμβος, ὁ — rhombus, machina quam agitando tramam glomeramus.
500. Textor conculcans insilia (binae complanatae (aequatae) trabeculae sunt, quae alternatim (vicissatim) consurgunt et recidunt), stamini tramam (subtegmen) subtexit, et ita linteum et carbasum conficit: quod ut candescat, insolatur.	500. Ὁ ὑφαντὴς τοὺς ὑποβάτας (διεσμιλευμένα δύο δοκίδια) παραλλήλως ἀμείβοντας τοῖς ποσὶν καταπιέζει, τῷ στήμονι τὴν κρόκην ἐνυφαίνει καὶ σινδόνα καὶ λεπτὸν λίνον ποιεῖ. οὗτος ἡλιούμενος λευκαίνεται.	ἀμείβω — alterno,. διασμιλεύω — aliquam rem versor dolis utendo. δοκίδιον, τό — trabecula. δύο — duo. ἐνυφαίνω — intexo. ἡλιόω — ad solem expando. κακοήθεια, ἡ — prava consuetudo. καταπιέζω — calco. κρόκη, ἡ — trama, subtemen, id quod stamini inseritur. λεπτὸν λῖνον, τό — carbasus, linteum tenue. λευκαίνω — dealbo. παραλλήλως — ex opposito. σινδών, ἡ — sindon, linteum pertenue. στήμων, ὁ — stamen. ὑποβάτης, ὁ — insile, scabellum; cf. τὸ ὑπόβαθρον. ὑφάντης, ὁ — textor.
501. Bilix duplicatum, et trilix triplicatum licium requirit.	501. Δίμιτος παρυφὴν διπλῆν, τρίμιτος τριπλῆν αἰτεῖ.	βίλιξ (sc. ὀθόνιον), τό* — bilice linteum. παρυφή, ἡ — licium, tela. τρίλιξ*, ἡ — trilix, lini genus.

502. Idem propemodum in lanificio fit: quod artificiosius contexitur.	502. Ταὐτὸν σχεδὸν ἐν ταλασιουργίᾳ τεχνικωτέρᾳ οὔσῃ, συμβαίνει.	συμβάλλω — fio. τάλαρος, ὁ — colus, per quem fila deducuntur. ταύτῃ — hactenus. τεχνικός — artificiosus.
503. Pectitur lana vel gossipium (bambacium) et carminatur a lanario, netur a lanifica, dein texitur, et pani transeunt in pannum laneum: quem fullo constipat et condensat, tinctor in cortina tingit, quendam saturo, quendam diluto, [et] quendam pertinace, quendam evanido (fugaci) tinctus.	503. Τὸ ἔριον ὑπὸ τοῦ ταλασιουργοῦ ποκάζεται, ὑπ’ εἰροκόμου πεκτεῖται (πέκεται, διαξαίνεται), ὑπὸ καταγούσης, καὶ χερνήτιδος νήθεται, ὑφαίεται, καὶ οὕτω ῥάκος γίνεται· ὁ γναφεὺς ἐμπιλεῖ τει καὶ ὑποστύφει, ὁ βαφεὺς ἐν λέβητι ἢ βαθύχρῳ (εὐαγεῖ), ἢ ἐξιτήλῳ, ἢ δευσοποιῷ χρώματι, ἢ ἀκρατεῖ, βάπτει.	ἀκρατής — evanidus, fugax. βαθύχρουν χρῶμα, τό — densus, satur color. βάπτω — tingo. βαφεύς, ὁ — tinctor. γναφεύς, ὁ — fullo. δευσοποιὸν χρῶμα, τό — color indelibilis. εἰροκόμος (sc. ἀνήρ), ὁ — lanarius, qui lanam carminat. ἐμπιλέω — constipo. ἐξίτηλος — dilutus, evanidus. εὐαγής — evanidus fugax. νήθω — neo, filum duco. πεκτέω — carmino. πέκω — pecto. ποκάζω — carmino. ῥάκος, τό — pannus. ταλασιουργία, ἡ — lanificium; cf. ἡ ταλασία.
504. Sartor forfice scindit, acu et digitali indumenta suit: sed ne suturae notabiles sint, quandoque et dissuit, rursumque scissuras consuit plicatque.	504. Ὁ ἀκεστὴς τῇ τομίδι τέμνει, τῇ βελόνῃ καὶ δακτυλήθρᾳ τὴν ἐσθῆτα ῥάπτει. ἵνα δ’ αἱ ῥαφαὶ μὴ ἐμφανεῖς ὦσι, ἐῤῥαμμένα διαῤῥηγνύει, ἀναῤῥάπτει καὶ συμπλέκει.	ἀκεστής, ὁ — sartor. ἀναῤῥάπτω — rursus consuo. βελόνη, ἡ — acus, instrumentum. δακτυλήθρα, ἡ — digitale, digitorum involucrum. διαῤῥηγνύω — dissuo. ἐμφανής — conspicuus. ῥάπτω — suo, consuo. τέμνω — seco, scindo. τομίς, ἡ — forfex.
505. Qui vetera sarciunt (resarciunt) veteramentarii, qui interpolant mangones sunt, ablecta (interpola) venditantes.	505. Οἱ ἐπισκευασταὶ (παλαιουργοῦντες) τὰ καττύματα μετασκευάζουσιν, οἱ κομμωταὶ αὐτὰ μετασχηματίζουσι καὶ πωλοῦσιν.	ἐπισκευαστής, ὁ — veteramentarius, qui vetera vestimenta sarcit. ἱματιοκάπηλος, ὁ — vestiarius, qui vestes vendit. κάττυμα, ἡ — veteramentum, veteris calceamenti corium. κληρονομέω — haeres fio, sum. κομμωτής, ὁ — mango, qui vestes veteres interpolat. μετασκευάζω — reficio, reparo. μετασχηματίζω — interpolo, in aliam formam verto.
506. Coriarius coria lixivio elaborat: e quibus sutor (calcearius) calceamenta in sutrina ad modulum (formulam, mustricolam) subula et filo piccato conficit.	506. Ὁ σκυτοδέψης τὸ σκῦτος κονίᾳ στακτῇ δεύει, ὁ σκυτοτόμος ἐξ αὐτοῦ ὑποδήματα ἐν σκυτοτομείῳ πρὸς μέτρον τοῦ καλτικίου, τῷ ὀπητίῳ καὶ νήματι πισσοκωνήτῳ συῤῥάπτει.	γονή, ἡ — genitura. δεύω — irrigo, madefacio. καλτίκιος, ὁ — calceus, caliga. μέτρον, τό — modulus, formula. νῆμα, τό — filum. ὀπήτιον, τό — subula, qua corium a sutoribus perforatur; cf. τὸ ῥάφιον. πισσοκώνητος — picatus. σκυτοδέψης, ὁ — coriarius. σκῦτος, τό — corium. σκυτοτόμιον, τό — sutrina.

		σκυτοτόμος, ὁ — sutor. στακτή, ἡ — lixivium coriarii. συῤῥάπτω — consuo.
507. Pellio e pellibus pellicia construit.	507. Ὁ διφθεροποιὸς δερμάτων διφθέρας, καὶ δερμάτινα εἵματα κατασκευάζει.	δέρμα, τό — pellis. δερμάτινος — pellicius. διφθεροποιός — pellio, qui pellicea conficit. εἷμα, τό — vestis, amiculum. κατασκευάζω — compono, conficio.
508. Alutarius alutas praebet; sed omnes hi per ludibrium cerdones audiunt.	508. Ὁ βυρσοδέψης τὸ σκῦτος παρέχει. πάντες δὲ τοιοῦτοι σκωπτόμενοι βυρσοποιοὶ λέγονται.	βυρσοποιός (sc. ἀνήρ), ὁ — cerdo, opifex sordidus. σκωπτόμενος — per ludibrium.
XLVII. DE VARIIS VESTIUM GENERIBUS.	XLVII. ΠΕΡΙ ΠΟΙΚΙΛΩΝ ΕΙΔΩΝ ΤΩΝ ΕΣΘΗΜΑΤΩΝ.	
509. Vestis ad obtegendam nuditatem e paradiso ejectis data, stulte a phrygione acu pingitur et ad fastum adhibetur.	509. Ἡ ἐσθὴς τοῖς ἐκ παραδείσου ἐκβληθεῖσι πρὸς τὸ τῆς γυμνότητος σκέπασμα δοθεῖσα, ὑπὸ ποικιλτοῦ μαψιδίως χρυσῷ καὶ μαργαρίταις παρυφασμένη, τῇ ὑπερηφανίᾳ ὑπηρετεῖ.	γυμνότης, ἡ — nuditas. ἔσθημα, τό — vestimentum. μαψιδίως — vanitatis gratia. παράδεισος, ὁ — paradisus, viridarium. παρυφαίνω — texo. ποικιλτής, ὁ — phrygio, qui acu pingit. σκέπασμα, τό — velamen, tegumentum. υπερηφανία, ἡ — fastus, superbia. ὑπηρετέω — inservio, servio, ad aliquid adhibeor.
510. Moles nobis est et remora, dum induitur toties et exuitur.	510. Βάρος ἐστὶ καὶ τριβή, ἣν τοσαυτάκις δεῖ ἐνδύσασθαί τε καὶ ἐκδύσασθαι.	ἀμπέχω — induo, amicio. ἐκδύομαι — exuo. ἐνδύομαι — induo. τοσαυτάκις — toties. τριβή, ἡ — retardatio, remora.
511. Alii laxa veste gaudent, alii stricta, habitu vario et quandoque segmentato.	511. Οἱ μὲν ἐσθῆτι πλατείᾳ, οἱ δὲ στενῇ, ποικιλτῇ, κροσσοῖς ἢ παραιρήμασι κεκοσμημένῃ χαίρουσιν.	κοσμέω — orno. κροσσός, ὁ — fimbria; cf. τὸ κράσπεδον. παραίρημα, τό — limbus, segmentum vestis. πλατύς — amplus. ποικιλτός — varius, versicolor.
512. Vestitus lugubres sunt epomis, calyptra, ricinus (ricinium). Virilis autem familiaris amictus est thorax cum manicis, colobium, subligaculum (femoralia, braccae), toga talaris, lacerna. Chlamys vero, sagum, abolla, laena, paludamentum, caligae	512. Αἱ ἐσθῆτες πενθικαί· ἡ ἐπωμίς, κάλυπτρα, πέπλον. ἀνδρικαί· θώραξ χειριδωτός, κολόβιον, περιζώματα (σκέλεαι), τήβεννα ποδήρης, μανδύη, χλαμὺς δέ, σάγος (περιθωρακίδιον) χλαῖνα, χρυσοϋφὴς τήβεννα, καλίγια, στρατιωτικαί.	ἀναξυρίδες, αἱ — bracca, femorale; cf. τὰ περισκελῆ. ἀνδρικός — virilis. γνάφαλον, τό — tomentum quod culcitris infarcitur. ἐπωμίς, ἡ — epomis, vestis humeros tegens. θώραξ, ὁ — thorax, pectoris amictus. κάλυπτρα, ἡ — calyptra, quae servit capiti operiendo. κολόβιον, τό — colobium, tunica sine manicis. πενθικός — lugubris. πέπλον, τό — peplus lugubris, rica.

militaria sunt.		περιθωρακίδιον, τό — vestis quae thoraci superinduitur. ποδήρης (sc. χιτών), ὁ — toga talaris. σάγος, ὁ — sagum, vestis militaris. σκελεά, ἡ — caliga, ocrea. σπεῖρον, τό — lacerna, tunica. στρατιωτικός — militaris. τήβεννα, ἡ — toga. χειριδωτός — manicatus, manuleatus. χλαῖνα, ἡ — laena, vestis crassa quae hieme superinduitur. χλαμύς, ἡ — chlamys, vestis militaris. χρυσοῦφής — auro intertextus.
513. Femineus: amiculum (amictorium), palla striata, stola, supparus (peplum carbasinum), cyclas, calantica (reticulum, rica), praecinctorium (castula, semicinctium), vitta albens, mitra.	513. Γυναικεῖαι· ἀμπεχόνιον (στολὴ πτυχώδης) πέπλος, κυκλάς, στηθόδεσμον, ἄμπυξ, κεκρύφαλος, περιζώνιον, ταινία, τιάρα.	ἀδικέω — injuriam facio. ἀμπεχόνιον, τό — amiculum foemineum. ἄμπυξ, ὁ — reticulum muliebre. βέλτιον — melius. γυναίκειος — muliebris. κεκρύφαλος, ὁ — vitta mulierum. κυκλάς, ἡ — cyclas, genus seminae vestis magnificum. πέπλος, ὁ — peplum carbasinum. περιζώνιον, τό — lumbare, praecinctorium; n.b. τὸ περίζωμα. πτυχώδης — rugosus, multas plicas habens. στηθόδεσμον*, τό — pectorale, fascia pectoralis; cf. τὸ περιστήθιον. στολή, ἡ — stola, tunica longior. ταινία, ἡ — calantica, vitta, tegmen capitis muliebre. τιάρα, ἡ — tiaria, mitra.
514. Communis: theristrum, indusium, interula (subucula), pileus, galerus acuminatus, pileus nocturnus, tiara, tunica, chirothecae, tibialia, periscelides (genualia, fasciae crurales), calcei (soleas obstragulum [et] corrigias habentes), calones, socci, crepidae, subere mollita sandalia, cothurni (tragoedis cumprimis usitati), et calopodia ferrata, quibus mira dexteritate et incredibili celeritate per conglaciatas aquas labuntur.	514. Κοιναὶ ἑκατέροις· θέριστρον, χιτώνιον (χιτωνίσκος), ὑποδύτης, πῖλος, θολία, τιάρα, χιτῶνες, χειροθῆκαι, περισκελίδες, ὑποδήματα (ἔχοντα περιείλημα, ἱμάντας), ποδεῖον, κρηπῖδες, σανδάλια φελλῷ μαλακά, κόθορνοι ἐμβάδες, ὑποδήματα τραγικά, καλοπόδια σεσιδηρωμένα οἷς τάχει θαυμαστῷ ποσὶν ἀκάμπτοις, ἀνὰ κρύσταλλον φέρονται.	ἄκαμπος — non flexus. ἀνά — per. ἑκάτερος — uterque. ἐμβάς, ὁ — soccus. θέριστρον, τό — theristrum, vestis subtilis et aestiva. θολία, ἡ — petasus, pileus ad arcendum solem. καλοπόδιον, τό — calceus ligneus vel durus. κόθορνος, ὁ — cothurnus. κρηπίς, ἡ — crepida. κρύσταλλος, ὁ — glacies. μαλακός — mollitus. περιείλημα (sc. τοῦ ὑποδήματος), τό — obstragulum calcei. περισκελίς, ἡ — periscelis, fascia cruralis. πῖλος, ὁ — pileus; cf. τὸ πίλον. ποδεῖον, τό — socculus laneus; cf. τὸ πόδειον, ὁ πῖλος. σανδάλιον, τό — sandalium. τραγικός — tragoedorum proprius. ὑποδύτης, ὁ — subucula, vestis

		interior. φελλός, ὁ — suber, cortex. χειροθήκη*, ἡ — chirotheca. χιτών, ὁ — tunica. χιτώνιον, τό — indusium. χιτώνιον, τό — tunicula; cf. τὸ ἐχέσαρκον.
515. Omnia, ubi convenit, aciculis, uncinulis (spintheribus), fibulis, nodulis, et globulis connectuntur (nexantur, adstringuntur).	515. Ἅπαντα προσηκόντως βελόναις, ὀγκίνοις (ἀγκίστροις), σπινθῆρσι, ἀγκτῆρσι, σφαιριδίοις συνάπτεται.	ἀγκτήρ — fibula. ὄγκος, ὁ — uncinulus. σφαιρίδιον, τό — nodulus.
516. Cingulo nos cingimus et discingimus, ligulas nodis astringimus aut solvimus.	516. Ζωστῆρι ἡμᾶς ζωννύομέν τε, καὶ ἀποζωννύομεν ἱμᾶσι (σφαιρωτῆρσι), δυσλύτως πλεγματεύομεν (κοσύμβρῳ ἐγκομβοῦμεν) καὶ ἀναλύομεν.	ἀναλύω — solvo. ἀποζωννύω — discingo. διασοφίζομαι — dilanio, discerpo. δυσλύτως — firmiter. ἐγκομβόω — ligo. ζωννύω — cingo. ζωστήρ, ὁ — cingulum. πλεγματεύω — adstringo nodos. πόρπη, ἡ — fibula, vinculum; cf. ἡ περόνη. σφαιρωτήρ, ὁ — corrigia, ligula.
517. Pallio amicimur et ornamur.	517. Τὸ ἀμπεχόνιον περικείμενοι κοσμοῦμεθα.	ἀμπεχόνιον, τό — pallium. ἀνανεοῦμαι — instauro, renovo. πανοῦργος — versipellis, veterator. περίκειμαι — amictus sum.
518. Ornamenta adjiciuntur: redimicula (quibus cincinni et alia redimiuntur), taeniae, fimbriae, limbi, institae, segmenta, syrmata (peniculamenta), lemnisci, laciniae.	518. Ὁ κόσμος προστίθεται, κάλλυντρα οἷς βόστρυχοι ἀναδέονται, ἀποόεσμοι (ταινίαι), κροσσοί, παραιρήματα, σύρματα, λημνίσκοι, παρυφαί (πεζίδες).	κάλλυντρον, τό — redimiculum, quo cincinni redimuntur. οὐλή, ἡ — cincinnus. πεζίς, ἡ — lacinia. ὤα, ἡ — limbus, segmentum vestimenti.
519. Item annuli, torques (muraenulae), monilia, armillae (brachialia), inaures (quae auriculae lobo insertae, stalagmia nominantur), aurifabrorum et gemmariorum opera; nec non linteola, muccinia, strophia, sudaria.	519. Δακτύλιοι, ἑλικτῆρες, ὅρμοι, περιδέραια, ψάλια, ἐνώτια, ἐλλόβια, σταλάγμια (χρυσουργῶν ἔργα), ῥάκια, ῥινόμακτρα, στρόφια, καψιδρώτια.	δακτύλιος, ὁ — annulus. ἑλικτήρ, ὁ — inauris, quae auri appenditur. ἐλλόβιον, τό — ornamentum ab auricula dependens, inauris. ἐνώτιον, τό — inauris, qua aures ornantur. καψιδρώτιον, τό — sudarium. ὅρμος, ὁ — monile. περιδέραιον, τό — monile. ῥινομάκτρον, τό — muccinium, linteolum quo nares abstergimus. σταλάγμιον, τό — stalagmium, inauris genus oblongum. ψάλλιον, τό — armilla.
520. Bardocuculli naviculatorum, centones	520. Ἀβόλλα, χείμαστρον ναυτῶν, ῥαπτὸν	ἄβολλα, ἡ — bardocucullus, pallii genus e panno crassiore, cucullum adjectum habens, ac nautis et

(qui ex paniculis et ex assumentis consarcinati sunt) inopum sunt: qui rurantur, levidensi tunicantur.	(συῤῥαφθὲν ἐξ ἐπιβλημάτων καὶ ἐπιῤῥαμμάτων), πενήτων ἐστίν· οἱ ἐν ἀγρῷ διάγοντες εὐτελὲς ἀμπέχονται.	aurigis usitatum. ἀγρός, ὁ — ager. διάγω — dego. ἐπίβλημα, τό — additamentum panniculi. ἐπίῤῥαμμα, τό — panniculus qui assuitur. ῥάκιον, τό — vestis vilis. ῥαπτόν — centro, vestis ex panniculis consarcinata. χείμαστρον, τό — vestis hiemalis.
521. Gynaeceum suum sibi mundum habet, matronae pedissequas.	521. Τὸ γυναικεῖον κόσμον, αἱ οἰκοδέσποιναι ἀμφιπόλους (ἀκολούθους) ἔχουσιν.	ἀμφίπολος, ὁ/ἡ — famulus, famula. γυναικωνῖτις, ἡ — gynaeconitis, gynaeceum, domus pars ubi mulieres versantur. κόσμος, ὁ — mundus muliebris, apparatus. οἰκοδέσποινα, ἡ — matrona.
XLVIII. DE ARCHITECTURA ET FABRILIBUS ARTIFICIIS.	XLVIII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΙΚΗΣ.	
522. Primitus in specubus (cryptis), cavernis, tabernis, et frondeis tabernaculis, ut et cespitiis (caespitiis), caespitiis), tuguriolis, gurgustiolisque habitabatur: nunc aedificiis distegis et tristegis omnia referta sunt.	522. Ἐν ἀρχῇ ᾤκουν ἐν σπηλαίοις (κοιλώμασι) σκηναῖς (σκηνώμασι) καλύβαις, καλιαῖς· νῦν δὲ ἀπανταχόθι τῆς γῆς σχεδὸν δίστεγα καὶ τρίστεγα οἰκήματα φαίνεται.	ἀπανταχόθι — ubique, passim. ἀρχιτεκτονική (sc. τέχνη), ἡ — architectura, ars aedificia exstruendi. καλιάς, ἡ — tugurium. καλύβη, ἡ — casa. κοίλωμα, τό — caverna. νῦν — nunc. σκηνή, ἡ — tabernaculum, casa, tugurium. σκήνωμα, τό — tabernaculum. τρίστεγον (sc. οἴκημα), τό — domus trium contignationum.
523. Haec alicubi excelsa sunt, alibi humilia.	523. Ταῦτα ἐνιαχοῦ ὑψηλά, ἄλλῃ πη ταπεινά ἐστιν.	ἐνιαχοῦ — alicubi. μεθυστικός — ebriosus.
524. In casa exili quis lubens degit?	524. Ἐν μικρᾷ καλιάδι τίς ἂν ἀσμένως οἰκοῖ;	ἀσμένως — libenter.
525. Architectus jactis substructionibus aedificat, adjutantibus fabris, securi et malleo (marculo) opus suum peragentibus.	525. Τεκτόναρχος (ἀρχιτέκτων) ὑπωθεὶς θεμέλια, συνεργούντων τεκτόνων, πελέκει, καὶ σφύραις (ῥαιστῆρσι) χρωμένων, οἰκοδομεῖ.	ἀρχιτέκτων, ὁ — architectus, qui structuris aedificiorum praeest. θεμέλιον, τό — fundamentum. οἰκοδομέω — aedifico, exstruo domum. πέλεκυς, ὁ — securis. ῥαιστήρ, ὁ — malleus. συνεργέω — adjuvo. σφύρα, ἡ — malleus. τεκτόναρχος, ὁ — architectus. τέκτων, ὁ — faber. τέμνω — caedo, succido.
526. Faber murarius (caementarius) a caemento et saxo, a lapicida (latomo)	526. ὁ τειχοποιὸς ἐκ χαλίκων ὑπὸ λιθουργοῦ, καὶ κονιάτου σκαφείῳ	ἄλειμμα, τό — pigmentum. ψύψου κάμινος — (fornax) calcaria. γύψος, ἡ — gypsum. κάθετος — perpendiculum.

reciso, et e lateribus in calcaria excoctis, calceque bene subacta conferruminatis ad libellam et perpendiculum muros fabricatur: quos tectorio incrustat aut gypso dealbat aut opere intestino illigatisque emblematibus convestit.	παρασκευασθέντων, πλίνθων ἐν γύψου καμίνῳ ὀπτῶν, κειμένων ἐν συστάσει κατὰ τὴν κάθετον, καὶ κονίας (ἀσβέστου) ὕδατι πεφυραμένης, λευκώματι, ἀλείμματι, κονιάματι, ξυλώσει (ἔργοις ξυλοφράκτοις) τοῖχον περιβάλλων, τοιχοῖ.	κάμινος γύψου — fornax calcaria. κάμινος, ἡ — fornax. κονία, ἡ — calx; cf. ἡ τίτανος. κονίαμα, τό — tectorium, albarium. κονίαμα, τό — albarium, tectorium. λιθουργός, ὁ — lapicida. μιασμός, ὁ — stuprum, incestus. ξυλόφρακτον ἔργον — opus intestinum e ligno quo parites convestiuntur. ξυλόφρακτος — e lignis compactus. ξύλωσις, ἡ — opus intestinum. ὀπτός — excoctus. περιβάλλω — induco. πλίνθος, ὁ — later. σύστασις, ἡ — ordo. τοιχοποιός — faber murarius, caementarius. τοῖχος — paries, murus domesticus. τοῖχον περιβαλών τοιχῷ — facit parietem sc. murum, quem tectorio etc. inducit. τοιχόω — murum sc. parietem facio. χάλιξ, ὁ,ἡ — caementum.
527. Lignarius (tignarius) faber, trabe ferreis ansis firmata, ad amussim (creta vel rubrica signatam) ascia asciat (segmentis et assulis dissilientibus), terebra terebrat (forat), trochleis elevat, parietes coagmentat, [et] clavis consolidat, quos distorte impactos forcipe dentato, qui bisulcus est, emolitur. Parietinas autem restaurat.	527. Ὁ ὑλουργὸς δοκὸν ἀγκτῆρσι σιδηροῖς ἐμπεδουμένην τῇ ῥυκάνῃ ξύει, καὶ πελεκίζει πρὸς στάθμην Κιμωλίᾳ ἐπίχριστον μεμιλτωμένην, σκινδαλμῶν καὶ πελεκημάτων ἀποπηδώντων, τρυπάνῳ τρυπᾷ, τροχαλίᾳ ἀνέλκει, τοίχους λαβαῖς σιδηραῖς συνάπτει, τῶν ἥλων τοὺς διεστραμμένους τῇ λαβίδι ὀδοντωτῇ ἐξέλκει, τοίχους ἡμιῤῥαγεῖς καὶ πτωσίμους (χαμαιρεπεῖς) ἀνανεοῦται.	ἀγκτήρ — ansa ferrea. ἀνέλκω — sursum traho, attollo attrahendo. ἀποπηδάω — desilio. διαστρέφω — distorqueo. δοκός, ὁ — trabs, tignum. ἐμπεδέω — firmo. ἐπίχριστος — illitus, inunctus. οὕτως δὲ οὐκ ἔχων — quum vero haud est ejusmodi sc. aliter se habet, alioqui. ἔχω cum adv. — nonnunquam notat qualitatem vel morem. ἔχω — habeo me. ἧλος, ὁ — clavus. ἡμιῤῥαγής — bisulcus, bifidus. λαβίς, ἡ — forceps. μιλτόω — rubrica illino. ξύω — polio. πελέκημα, τό — segmentum, frustulum quod bipenni detruncatur. πελεκίζω — deascio. πτώσιμος — caducus. ῥυκάνη, ἡ — runcina, dolabra major. σκινδαλμός (σκινδάλαμος), ὁ — assula. τροχαλία, ἡ — trochlea, machina cujus ope onera gyrando elevamus. τρυπανάω — terebro, perforo. τρύπανον, τό — terebra.

		τυχών — quilibet, vilis. ὑλουργός, ὁ — lignarius faber. χαμαιῤῥεπής — in terram vergens sc. inclinans.
528. Ligna ne cariem sentiat, post plenilunium succidantur.	528. Τὰ δένδρα ἵνα μὴ σαπρὰ γένηται μετὰ πανσέληνον τημτέον ἐστίν.	πανσέληνον, τό — plenilunium. σαπρός — putris, cariosus. στάθμη, ἡ — amussis, regula.
529. Lignator arbores sternit et ramis truncat, serra reciprocando dissecat, scobe recidente tuditeque cuneum adigit, itaque findit et ubi diffidit strues componit, ut et sarmentorum fasces et decisa virgulta.	529. Ὁ ξυλοτόμος τὰ δένδρα τέμνων καὶ καταβάλλων, πριστῆρι (ῥινήματος εἰς γῆν καταπίπτοντος) πρίζει, σφύρᾳ ξυλίνῃ σφηνοῖ, τὰ δὲ ξύλα σχιστὰ καὶ τὰς ἀγκαλίδας φρυγανικῶν συντίθησιν.	ἀγκαλίς — fascis sarmentorum. ξυλοτόμος, ὁ — lignator. πρίζω — seco, disseco. πριστήρ, ὁ — scobs eorum quae serra secantur, segmentum. ῥίνημα, τό — scobs; cf. τὸ ῥίνισμα. σφηνόω — findo. σχιστός — fissus. φρύγανον, τό — virgultum, sarmentum.
530. Scriniarius (arcularius, capsarius) asseres runcina et dolabra edolat, subscudibus coadunat et coarctat, glutine (colla) conglutinat, vernice illinit.	530. Ὁ κιβωτοποιὸς σανίδας σκεπάρνῳ καὶ ἀξίνῃ πελεκᾷ, περόναις* ἑνοῖ, κόλλᾳ κολλᾷ, τῷ κόμμι ἀρκευθίνῳ ὑποχρίει.	ἑνόω — unio. κολλάω — conglutino, glutine compingo. κόμμι τηκτόν — gummi liquatum, vernix. περόνη, ἡ — subscus, fibula. σκέπαρνον, τό — dolabra, runcina. ὑποχρίω — sublino, illino.
531. Faber ferrarius in ustrina follibus inflat ignem, emollitumque et forcipe prehensum ferrum super incude cudit, ut stricturae emicent, inque laminas et bracteas diducit.	531. Ὁ σιδηρεὺς (χαλκεὺς) ἐν σιδηρείῳ φύσαις φυσᾷ, τὸν σίδηρον λαβιδίῳ δεδραγμένον, καὶ πυρὶ μεμαλαγμένον ἐπ' ἄκμονι τύπτων, ὥστε σπινθῆρας ἐξᾴττειν, εἰς ἐλάσματα, πέταλα ἐκτείνει.	ἄκμων, ὁ — incus. ἐκτείνω — diduco. ἔλασμα, τό — lamina. ἐξᾴττω — exsilio. λαβίδιον, τό — forceps. μαλάττω — emollio. πέταλον, τό — bractea. πλόκιος — plexilis. σιδηρεῖον, τό — fabri ferrarii officina, ferraria; cf. ἡ σιδηρουργία. σιδηρεύς, ὁ — faber ferrarius. σπινθῆρες — structurae. τύπτω — cudo. φῦσα, ἡ — follis. φυσάω — sufflo, inflo. χαλκεύς, ὁ — faber ferrarius.
532. Serarius (claustrarius) et polio (politor) lima limat (reliquiae sunt ramenta); planula vero laevigat et polit, ut niteat.	532. Ὁ κλειθροποιὸς καὶ ὁ λεαντὴρ τῇ ρίνῃ ῥινίζει, ῥυκάνῃ ἀναξύει, καὶ λειουργεῖ· ὥστε τὸ ἔργον στίλβειν καὶ ἀγλαΐζεσθαι; τὸ λοιπὸν ῥίνισμα (ξέσμα) λέγεται.	ἀγλαΐζομαι — splendeo. ἀναξύω — abrado, limo. λειουργέω — laevigo, explano. ξέσμα, τό — ramentum, scobs. ξέστης**, ὁ — politor. ῥίνη, ἡ — lima. ῥινίζω — limo. ῥίνισμα, τό — ramentum, scobs; cf. τὸ ῥίνημα.
533. Eodem pertinent fabri aerarii, carpentarii	533. Τούτοις δεῖ τοὺς χαλκοτύπους,	ἁμαξουργός, ὁ — carpentarius. αὐτοματουργός, ὁ — automatorum sive horologiorum confector.

(plaustrarii), stannarii, automatarii: item scandularii, vietores (doliarii), tornatores, vitriarii, et qui restes torquent, restiones.	ἁμαξουργούς, χωνευτάς, αὐτοματουργούς, πλινθουργούς, πιθοποιούς (πυτινοπλόκους, οἰσυοπλόκους), τορνευτάς, ὑαλουργούς, σχοινοπλόκους ἐναριθμεῖν.	ἐναριθμέω — accenseo, annumero. ἐξορκίζω — conjuro. οἰσυοπλόκος, ὁ — vietor, doliarius; cf. ὁ λυγιστής. πλινθουργός, ὁ — laterarius. πυτινοπλόκος, ὁ — vietor (vitor). σχοινοπλόκος, ὁ — restiarius, restio. τορνευτής, ὁ — tornator. ὑαλουργός, ὁ — vitrarius, vitriarius. χαλκοτύπος, ὁ — faber aerarius, aerifusor. χαλκουργός, ὁ — faber aerarius. χωνευτής, ὁ — fusor aeris vel stanni.
534. Operarii (operae mercenariae), mercede conducuntur ut ministrent, ut vectibus onera tollant, phalangis volvant, etc.	534. Οἱ ἐργάται προσμισθοῦνται τοῦ τὰ βάρη τοῖς ἀναφορεῦσι βαστάζειν, μοχλίοις αἴρειν, κυλινδεῖν, καὶ φαλαγγοφορεῖν.	ἀναφορεύς, ὁ — vectis. ἀντιλογέω — obloquor. ἐργάτης, ὁ — operarius. μοχλίον, τό — vectis . προσμισθόω — mercede loco, conduco. φαλαγγοφορέω — phalangis sc. cylindris ligneis volvo.
535. Figulus ex argilla ollas, fidelias, opercula, aliaque figlina fingit.	535. Ὁ κεραμεὺς πηλοῦ χύτρας, κεράμια, καλυπτῆρας (πώματα), καὶ τὰ λοιπὰ κεράμεια πλάττει.	καλυπτήρ, ὁ — operculum. κεράμειος, ὁ — figulinus. κεραμεύς, ὁ — figulus. πηλός, ὁ — argilla. πίθος, ὁ — dolium. πλάττω — fingo. πῶμα, τό — operculum. χύτρα, ἡ — olla.
536. Domus alte fundata, assabre instructa, angulis bene solidata, columnisque stabilita, perstat diutissime incolumis.	536. Ὁ οἶκος ὑψιθέμεθλος, καλῶς οἰκοδομηθείς, ἰσχυρῶς γεγωνιωμένος καὶ ἐστηλωμένος, πολυχρόνιός ἐστιν.	γωνιόω — in angulos formo. κατασκεδάννυμι — dispergo, dissipo. οἶκος, ὁ — domus. πολυχρόνιος — diu durabilis. στηλόω — stabilio. ὑψιθέμεθλος — alte fundatus, alta fundamenta habens.
537. Alias ruit defetiscens, fiuntque ruinae ac rudera.	537. Οὕτως δ᾽ οὐκ ἔχων, ἐρείψιμον στέγος (ἐρείπιον) ἐστίν.	ἔρεισμα, τό — sulcimentum, statumen. ἐρέπτω — comedo. στέγος, ὁ — domus.
538. Vacillantem itaque pilis vel aliis fulcris fulciri, labantem refici aut dirui, collapsam destructamve instaurari (reparari) et renovari necesse est.	538. Ἀναγκαῖον οὖν ἐρειπόμενον, στηρίγμασι στηρίζειν, ἀντηρῖσι καταπεπτωκότα ἀναῤῥύσασθαι, καὶ παλαιὸν ἀνανεώσασθαι.	ἀθυρόγλωσσος — garrulus, loquax, lingua effrenis. ἀνακγαῖον — necesse est. ἀναῤῥύω — restauro. ἀντηρίς, ἡ — tibicen, fulcrum aedificio adjectum. ἀπόδεσμος, ὁ — fascia circa caput mulierum. ἐκφερουμυθέω — foras elimino, evulgo. ἐρειπωτός — caducosus. καταπίπτω — decido. καταπίπτω — collabor. κρόταλος — garrulus. στήριγμα, τό — fulcrum.
539. Domicilium amplum commodam facit	539. Οἶκος μέγας εὖ, στενός, κακῶς οἰκεῖται.	ἑκυρά, ἡ — socrus, cujus siliam aliquis habet uxorem. εὖ — bene.

habitationem, arctum incommodam.		
XLIX. DE DOMO EJUSQUE PARTIBUS.	XLIX. ΠΕΡΙ ΟΙΚΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΜΕΡΩΝ.	
540. Ingressurus per anticam in aedes, ne a janua aberres, in vestibulo subsiste, et frontispicium intuere. Demum, si ligula non prominet, ut attracto vecte patescat, pulsa cornice (canthаro, marculo).	540. Εἰσελευσόμενος διὰ τοῦ προθύρου εἰς οἶκον, τοῦ μὴ τῆς θύρας ἀποπλανᾶσθαι, ἐν προπυλαίῳ (προδόμῳ) ὑφίστασο, τῇ ὀροφῇ προσβλέψας, τοῦ δ’ ἐπισπάστρου διὰ τῆς ὀπῆς μὴ ἐκκρεμαμένου, οὐ δυνάμενος τὴν θύραν ἀνοίγειν, τῇ κορώνῃ αὐτὴν κόπτει.	ἀλλοτριοφθονέω — alienis bonis invideo. ἀνοίγω — aperio. ἀποπλανῶμαι τῆς θύρας — aberro a janua. ἀποπλανῶμαι — aberro. ἐκκρέμαμαι — propendeo. ἐπίσπαστρον, τό — ligula vel funiculus in janua. ἐφαιωροῦμαι — jacto, ostento. κόπτω — pulso. κορώνη, ἡ — cornix, annulus ferreus quo fores pulsantur. ὀπή, ἡ — foramen. ὀροφή, ἡ — frontispicium domus. πρόδομον, τό — vestibulum; cf. ὁ πρόδομος. πρόθυρον, τό — anticum, ostium. προπύλαιον, τό — vestibulum. προσβλέπω — intueor, adspicio. ὑφίσταμαι — subsisto.
541. Si quis per transennam (septum cancellatum) vel per clathros (id est, ferramenta lignave reticulato textu) prospectat, aperiatur roga. Si janitor aperit (patefacit), pedem, ne ad limen offendas, attole; caput, ne ad superliminare allidas (impignas), submitte. Utrinque postes erunt.	541. Προκύπτοντος τοῦ θυρωροῦ διὰ τῶν καγκέλλων ἢ κιγκλίδων σιδηρῶν ἢ ξυλίνων, αὐτοῦ δεήθητι τὴν θύραν ἀνοίγειν, φυλάττου δὲ μὴ τοὺς πόδας τῷ ὑποθύρῳ, οὐδὲ τὴν κεφαλήν, τῷ ὑπερθύρῳ, ἐπαράσσῃς, ἀμφοτέρωθι παραστάδες εἰσίν.	δέομαι — rogo. ἐπαράσσω — impingo, allido. θυρωρός, ὁ — janitor. κιγκλίς, ἡ — cancelli, clathri. παραστάς, ἡ — postis. προκύπτω — prospecto. ὑπέρθυρον, τό — limen superius, supraliminare. ὑπόθυρον, τό — limen inferius, subliminare; cf. ἡ ὑποθυρίς.
542. Ubi intromissus pertransiveris, ostium occlude, pessulum obdendo aut obicem saltem.	542. Εἰσδοχῆς τυχών, μοχλοῖς ἢ κατακλεῖσι τὴν θύραν πακτοῦ.	εἰσδοχῆς τυγχάνω — intromittor. εἰσδοχή, ἡ — receptio, admissio. κατακλείς, ὁ — obex. μοχλός, ὁ — pessulus. πακτόω — obsero, claudo. τυγχάνω εἰσδοχῆς — intromittor. τυγχάνω — impetro, obtineo.
543. Cardines ne strideant, aut fores crepent, lente commove.	543. Τοὺς σρόφιγγας, ὅπως μὴ τρομερὸν ἠχῶσιν ἢ λίγγωσιν ἡσυχῇ κίνει.	ἡσυχῇ — lente. τρομερὸν ἠχέω — strideo. ἠχέω — sono. λίγγω — crepo, strideo. στρόφιγξ, ἡ — cardo ostii.
544. Ex atrio in caetera conclavia aditus est. Per	544. Ἐκ προαυλίου εἰς ἑστιατόριον, προκοίτιον,	δωμάτιον, τό — cubiculum. ἑστιαοτόριον, τό — coenaculum; cf. τὸ ἀπώγαιον, τὸ ἀπώγεον, τὸ

scalas aut cochleam, ad superiores contignationes (tabulata) penetra.	δωμάτιον; διὰ κλιμάκων ἢ κοχλιῶν εἰς τὰ ὑπηρῷα εἴσοδόν ἐστιν.	ἀνώγεων, ὁ ἀνώγεως. κλῖμαξ, ἡ — scala. κοχλίας, ὁ — cochlea, scala in gyrum ducta. προαύλιον, τό — atrium. προκοίτιον, τό — conclave, quod ante cubiculum est; cf. ὁ προκοιτών. τρομερὸν ἠχέω — stridulum sono, strideo. τρομερός — tremulus. ὑπερῷον, τό — superior aedium pars, superior contignatio.
545. Tectum columinibus incumbit; tignis et tigillis tegulae et imbrices vel scandulae. Culmen stramineum est.	545. Τὸ τέγος τῷ ὀροφώματι ἐπίκειται, ταῖς δοκοῖς καὶ δοκίσι οἱ κέραμοι στρογγυλοειδεῖς, ἢ σχίδακες, ἢ κάρφινον στέγασμα ἐπίκειται.	δοκίς, ἡ — tigillum. ἐπίκειμαι — incumbo, super aliqua re jaceo. κάρφινος — stramineus. κέραμος, ὁ — tegula. ὀρόφωμα, τό — columen. στέγασμα, τό — culmen, tegmen domus. τέγος, τό — tectum.
546. Additamenta sunt projecturae, suggrundia, meniana*, procestria, et anteridibus (antibus) innixae pergulae ac podia, ut et coronides. Aquilegia ut plurimum subterranea sunt.	546. Αἱ προσθῆκαι εἰσὶν ἐκφοραί, γεισώματα, προτεγίσματα, προστέγια, τρόχιλοι (***τριχίλαι) ὀρθοστάταις ἐρειδόμενοι, προβολαί, ἐξώστραι, κορώνιδες· ὑδραδωγίαι, ὡς τὸ πολύ, ὑπουδαῖαι.	ἀδίκως — injuste, per injuriam, injuria. γείσωμα, τό — suggrundium, pars tecti prominentis quae stillicidium arcet ne quid damni parieti fiat; cf. τὸ γείσσωμα, τὸ γεῖσον. ἐκφορά, ἡ — projectura, supercilium vel prominenteia parietis ad stillicidium arcendum. κορωνίς, ἡ — coonis, apex sc. fastigium aedificii. ὀρθοστάται, αἱ — antes, pilae muris obnitentes et aedificium fulcientes. ὀρθοστάτης, ὁ — fulcimentum. προβολή, ἡ — pergula, projectio in aedibus. προσθήκη, ἡ — additamentum. προστέγιον (προτέγιον), τό — suggrundium, tecti prominentia, tectum parieti praefixum imbris arcendi caussa. προτέγισμα, τό — suggrundium, id quod tecto superjectum est ad imbrem arcendum. ὑδραγωγία, ἡ — aquaeductus, aquagium. ὑπουδαῖος — subterraneus.
547. Impluvium areola non contecta dicitur, ubi impluit. Per posticum exitus est alio.	547. Τὸ μεσαύλιον ὕπαιθρόν ἐστιν. δι’ ὀπισθοδόμου ἔξοδος ἄλλοσέ ἐστιν.	ἔξοδος, ἡ — exitus. κλείς, ἡ — clavis. μεσαύλιον*, τό — impluvium, quadratus locus sine tecto in aedibus ubi imber in domum impluere potest. ὀπισθόδομος, ὁ — posticum. ὕπαιθρος — subdialis, sub dio.
548. Sera clave (clavicula) clauditur et recluditur	548. Τὸ κληεῖθρον τῇ κλειδὶ κλειδοῦταί τε καὶ	διοίγω — refero, recludo. κλειδόω — obsero, claudo.

(obseratur et reseratur).	διοίγεται.	κλεῖθρον, τό — sera.
L. DE HYPOCAUSTO.	L. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΥΠΟΚΑΥΣΤΟΥ.	
549. Hypocaustum (vaporarium), fornace calescit.	549. Τὸ ὑπόκαυστον τῇ καμίνῳ θερμαίνεται.	θερμαίνομαι — calefio. θερμαίνω — calefacio. ὑπόκαυστον, τό — hypocaustum, locus cujus pavimentum inferne calefit.
incogitantia, delictum (lapsio) est; si voluntarie, malitia; si studio, nequitia; si malitiose (maligne), scelus; si enormiter et spissius, flagitium; si ut aegre faciat alicui, perversitas.	ἀπερισκέπτως πταῖσμα (ἀβλέπτημα), ἐκ προαιρέσεως, μοχθηρία (κακοήθεια), ἐξεπιτηδὲς, ῥᾳδιούργημα, ἐθελοκάκως, ἄγος ὑπερβαλλόντως, μίασμα, τὸ δεινοπαθεῖν ἄλλον ἐθέλειν κακομηχανία λέγεται.	peccatum. ἄγος, τό — scelus. ἀλιτέω — pecco, delinquo. ἀπερισκέπτως — inconsiderate, imprudenter, incaute. θέλω δεινπαθεῖν τινα — nolo alicui aegre facere. δεινοπαθέω — aliquid aegre fero. ἐθελοκάκως — malitiose, maligne. ἐθέλω — volo. ἐξεπιτηδές — consilio, de industria. κακοήθεια, ἡ — malignitas. κακομηχανία, ἡ — perversitas. μίασμα, τό — flagitium, piaculum. μοχθηρία, ἡ — malitia, improbitas. ἐκ προαιρέσεως — consulto, studio, data opera. προαίρεσις, ἡ — consilium, studium. πταῖσμα, τό — delictum, noxa, culpa. ῥαδιούργημα, τό — nequitia, veteratorium facinus. ὑπερβαλλόντως — enormiter.
798. Et talia qui patrat (designat) perditus est. Quem nec piget nec pudet, errati.	798. Ὁ μηχανώμενος τοιαῦτα, εἰ αὐτῷ οὐδὲν τῶν ἡμαρτημένων μεταμέλει, οὐδὲ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεται, πανώλεθρός ἐστιν.	αἰσχύνομαι — pudet me rei. πανώλεθρος (sc. ἀνήρ), ὁ — homo perditus.
799. Qui perperam agere susque deque habet, pravus est. Contra, qui se a malo prohibet, probus: omnimode impollutus abhorret, detestatur et exsecratur omne impurum.	799. Μοχθηρός, ὁ τὸ τὸν πέλας κακουργεῖν, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τιθέμενος. ὁ δὲ τοῦ πανουργεῖν ἀπεχόμενος ἀγαθός ἐστιν, ὁ ἀμίαντος πᾶσαν ἀκαθαρσίαν ἀποστρέφεται καὶ καταρᾶται.	ἀκαθαρσία, ἡ — impuritas. ἀμεταβλήτως τῆς γνώμης ἔχω — neutiquam patior me a consilio deduci sc. avocari. ἀμίαντος — impollutus. κακουργέω — malo afficio. καταρῶμαι — detestor, exsecror. ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεμαι — nihil pensi habeo, susque deque habeo. μοχθηρός — malus, pravus, improbus. τὸ πανουργεῖν — maleficum. ὁ πέλας — alter, alius homo, qui nimirum ita dicitur ob commune vinculum quo homines inter se continentur. πέλας — prope. τίθημαι ἐν οὐδενὶ λόγῳ — nihil pensi habeo.
800. Consuetudo vitiosa sensim irrepit, cui sero obsistitur postquam invaluit. Quandoquidem radicata raro extirpantur.	800. Ἡ κακοήθεια κατὰ μικρὸν εἰσερπύζει, ᾗ ἐῤῥωμένῃ ὀψὲ ἂν ἀντιτείνοις. τὰ βαθύῤῥιζα σπανιάκις ἐκριζοῦται.	ἀντιτείνω — resisto. βαθύῤῥιζος — qui altas radices egit. εἰσερπύζω — irrepo. κατὰ μικρόν — paullatim. ἐῤῥωμένος — confirmatus. ῥώννυμαι — invalesco.

LXXXIII. DE PRUDENTIA.	LXXXIII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ.	
801. Ex dignitate unumquodque aestimare prudentiae statumen est, ne res maximi momenti postferantur (posthabeantur) et nullius pensi ac titivillitio vix dignae magni pendatur.	801. Ἕκαστον τῆς ἀξίας τιμῆσαι φρονήσεως ἔρεισμα, ὅπως μὴ τὰ πολύτιμα ἀτίζοιτο, οὐδὲ τὰ φαῦλα καὶ ἀπόβλητα ἐκείνων προτιμῷτο.	τῆς ἀξίας — ex dignitate. ἀξία, ἡ — dignitas. ἀπόβλητος — vilis. ἀτίζω — vilipendo. ἐρείψιμος — ruinosus. πολύτιμος — magni momenti. προτιμάω — pluris facio, majoris aestimo, praefero, antepono. τιμάω — aestimo. φαῦλος — levis, nullius pretii, contemnendus. φρόνησις, ἡ — prudentia, sapientia.
802. Antequam inceptes quidpiam, operae pretium est accurate pensiculare utrum debeas et possis et utrum e re sit necne, ne frustra (incassum) labores.	802. Πρίν τινος ἄρχεσθαι προὔργου ἔσται ἀκριβῶς ἐξετάζειν, εἰ ἔξεστιν, εἰ δυνατόν, εἰ ὠφέλιμον, μὴ μάτην πονῇς.	ἐπιγάστριον, τό — venter, ab ἐπιγάστριος —ον. μάτην — frustra, incassum. προύργου — operae pretium.
803. Sis cautus et providus, prospice finem, provide viam atque modum, et attende occasioni: praesertim si quid paraturus es, ubi praecauto opus est.	803. Ἐπιχειρῶν πράγματι, τοῦ προφυλάττεσθαι δεομένῳ, εὐσκόπως καὶ φρονίμως τὸ τέλος, καὶ τὰ μέσα προνοῶν, καιροφυλάκτει.	εὐσκόπως — apte, recte. καιροφυλακτέω — occasionem capio, tempus observo. προνοέω — provideo, prospicio. πρᾶγμα τοῦ προφυλάττεσθαι δεόμενον — res ubi cautio opus est. προφυλάττομαι — praecaveo. τέλος — finis. φρονίμως — prudenter, sapienter.
804. Nam insipientis, stolidi, et dementis est inconsulto [et] sine intentione certa ferri; insani, stulti, et vecordis illicita appetere; perdeliri, vesani, et furiosi (lymphatici, furibundi) impossibilia suscipere; imperiti et inconsiderati negligere opportunitatem.	804. Οἱ ἀνόητοι (φρενοπλῆγες, παρακινητικοί, παράκρουστοι), ἀσκόπως φερόμενοι, τῶν ἀσυγχωρήτων ὀρέγονται. ἀκρομανεῖς δὲ καὶ νυμφόληπτοι ἀδύνατα διώκοντες, ἀπερισκέπτως τῆς εὐκαιρίας ἀμελοῦσιν.	ἀκρομανής — insanus. ἀνόητος — insipiens, demens, stultus. ἀσκόπως — sine certo consilio sc. proposito. ἀσυγχώρητος — illicitus. εὐκαιρία, ἡ — opportunitas. νυμφόληπτος — lymphaticus, amens. παρακινητικός — mente motus, demens. παράκρουστος — stolidus, stultus. πνεῦμα, τό — spiritus, flatus. φρενοπλήξ — furiosus, demens.
805. Ubi inter plurima datur optio, deliberandum diu quod statuendum semel; supervacaneis vero supersedendum.	805. Προτεθείσης αἱρέσεως ἐπὶ πολὺν χρόνον βουλευτέον, ὃ ἅπαξ ὁριστέον καὶ προαιρετέον· τῶν δὲ περισσῶν ἀφεκτέον ἐστίν.	ἀδύνατος — qui fieri vel effici non potest. αἵρεσις, ἡ — optio, electio. ἅπαξ — semel. ὁρίζω — statuo, constituo. περισσός — supervacuus, superfluus, nimius. προαιρέω — statuo, constituo. ἐπὶ πολὺν χρόνον — diu, multum.
806. Et quicquid instituis consulta exquisite. Itane, an	806. Περὶ τῶν ἐπιτηδείων ἀκριβῶς βουλεύου, εἰ	ἄμεινον — melius, satius. τὰ ἐπιτήδεια — quae facienda videntur.

secus satius sit post exsequere celeriter, sed caute.	οὕτως ἢ ἄλλως ἄμεινον· εἶτα ταχέως τε καὶ πεφυλαγμένως τὰ καλῶς βουλευθῆναι δοκοῦντα ἐκτέλει.	ταχέως — mox, statim. χειράγρα, ἡ — chiragra, morbus articularis in manibus.
807. Circumspectus etsi de eventu considit eumque praecipit, circumspectat tamen, ne sese praecipitet.	807. Ὁ περιεσκεμμένος τὴν ἀπόβασιν ἀδιστάκτῳ ἐλπίδι προλαμβάνων, ὅμως περισκοπεῖ, οὐδ’ ὁτιοῦν κατεσπευσμένως πράττει.	ἀδίστακτος — indubitatus, certus. ἀπόβασις, ἡ — eventus. ὁτιοῦν — quidquam. περισκεμμένος — circumspectus, cautus. προλαμβάνω — praevenio, anticipo. φαυλισμός, ὁ — irrisio, probrum.
808. Quia usu venit, ut tardus velocem (celerem, pernicem), antevertat. Pedetentim igitur promoveat.	808. Ἐνδέχεται βραδὺν ταχέος φθάσαι, βάδην οὖν πορεύεται.	βάδην — pedetentim. ἐνδέχομαι — usu venio, accido. πορεύομαι — eo, vado. φθάνω — praevenio.
809. Quod abscondi debet, non palam venditat. Abstrudit, non obtrudit.	809. Τὰ ἐπίκρυφα οὐκ ἀναφαίνει φρόνιμος, μᾶλλον δὲ ἀποκρύπτει.	ἀναφαίνω — manifesto. ἀποκρύπτω — celo. ταχυπείθεια*, ἡ — credulitas; cf. ἡ πίστις.
810. Quod ei non certo constat, affirmare (asserere) aut negare cavet; nedum ut asseveret aut inficietur.	810. Πρὸς τὰ δισταζόμενα οὐκ ἀντισχυρίζεται, μηδὲ πεπληροφορημένως κατάφησι ἢ ἀπόφησιν.	ἀντισχυρίζομαι — contrario affirmo. ἀπόφημι — nego. τὰ δισταζόμενα — ea de quibus non certo constat, de quibus ambigitur. διστάζω — dubito, ambigo. κατάφημι — assevero, affirmo. μηδέ — neque. πεπληροφορημένως — plane. πρός — in.
811. Nam ut credulitas, ita diffidentia noxia (damnosa, detrimentosa) est. Verum longe magis, pertinacia et pervicacia.	811. Ὡς ἡ ταχυπείθεια, οὕτω καὶ ἡ ἀπιστία βλαβερόν, μᾶλλον δὲ ἡ φιλονεικία καὶ ἀπείθεια.	ἀπείθεια, ἡ — contumacia. ἀπιστία, ἡ — diffidentia. ταχύβουλος (sc. ἀνήρ), ὁ — qui cito consilium mutat.
812. Si quis ergo aliquid enarrat, suadet aut dissuadet, adhortatur vel dehortatur, non est contumax, nec praefracte repugnat, nec obstinate contendit, sed obsequitur.	812. Οὐδαμῶς οὖν ἄλλου τὶ διηγουμένου, ἢ ἐπί τι προτρέποντος, ἢ τινῶν ἀποτρέποντος αὐθαδιάζεται (ἀνυπείκτως ἐναντιοῦται), ἀλλ’ αὐτῷ ὑπακούει (πειθαρχεῖ).	ἀνυπείκτως — praefracte. ἀποτρέπω — dissuadeo alicui aliquid. αὐθαδιάζομαι — pertinaciter obsisto. πειθαρχέω — obedio, obsequor. προτρέπω — hortor, adhortor, exhortor.
813. Praesagiens quippiam adversi praevenire censet melius quam praeveniri. Atque hoc sapientiae proprium est.	813. Προαισθόμενος, ἀτυχίας τινός, βέλτιον τὸ τοὺς ἀδικοῦντας φθάσαι τοῦ ἀδικεῖσθαι ἡγεῖται. τοῦτο δὲ πρὸς σοφοῦ.	ἀτυχία, ἡ — adversum. τοῦ ἀδικεῖσθαι — quam injuria affici. προαισθάνομαι — praesagio, praesentio.
814. Praepostera enim	814. Ἀνωφελὴς γὰρ	περισκοπέω — circumspicio.

cautio est, post acceptum ictum demum circumspicere.	φυλακή, μετὰ τὴν πληγὴν περισκοπεῖν.	
815. Et dum quisque suarum rerum satagit, ille sibi nequaquam deest.	815. Ἑκάστου τῶν ἰδίων φροντίζοντος, μηδαμῶς πρὸς τὰ ἑαυτοῦ παρέργως ἔχει.	τὰ ἑαυτοῦ — res suae. παρέργως ἔχω πρός τι — aliquid obiter tracto, alicujus rei exiguam rationem habeo, aliquam rem levi brachio ago. ὑπόπτως — non sine suspicione, quodlibet suspicando.
816. Vafer atque subdolus versute nimis versat omnia. Suspicax est dolosus.	816. Ὁ στροφαῖος (στρεψίμαλλος), κακοτέχνως ἅπαντα διασοφιζόμενος, ὑπόπτης κακοτροπεύεται.	κακοτέχνως — maligne. κακοτροπεύομαι — dolose ago, dolum malum adhibeo. στρεψίμαλλος — versipellis, versutus. στροφαῖος — versutus, vafer.
817. Veterator astu imponit incautis et praeter caeteros bonis, qui deceptu faciliores sunt.	817. Ὁ πανοῦργος δόλῳ τοὺς τῇ ἁπλότητι ἀφυλάκτους, καὶ μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς εὐαπατήτους βουκολεῖ καὶ παρακρούει.	ἁπλότητι ἀφύλακτος — simplex et incautus. ἁπλότης, ἡ — simplicitas. ἀφύλακτος — incautus. βουκολέω — decipio, fallo. δόλος, ὁ — dolus, astus. εὐαπάτητος — deceptu facilis. παρακρούω — seduco, frado, fallo.
LXXXIV. DE TEMPERANTIA.	LXXXIV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.	
818. Depravatio nobis innata (ingenita) perquam multa concupiscit, sed temperans cupiditates moderatur.	818. Ἡ ἀνομία σύμφυτος ἡμῖν, πρὸς πολλὰ χαίνουσα πολλῶν ἐπιθυμητικῶς ἔχει, ὁ δὲ σώφρων αὐτὴν ἡνιάζει.	ἀνομία, ἡ — depravatio animi vel morum. ἐπιθυμητικῶς ἔχω τινος — aliquid concupisco, alicujus cupidus sum. ἡνιάζω — refreno, moderor. κατασκευή, ἡ — supellex. σωφροσύνη, ἡ — temperantia. σώφρων — temperans. χαίνω — inhio rei.
819. Sobrietas est continentia a superflua alimonia.	819. Ἡ σωφροσύνη μετριοπαθοῦσα περισσῆς τροφῆς ἀπεχομένη καρτερεῖ.	καρτερέω ἀπεχόμενος — perpetuo abstineo. καρτερέω — persevero. μετριοπαθέω — modum servo. μή — minus.
820. Gulosus et catillo ligurit et pitissando sorbet. Helluo (epulo) cum comessatoribus suis vorando sese ingurgitat et crapulatur. Lurco (barathrum, gurges, vorago) comessando sua decoquens ac dilapidans, nepos et decoctor audit. Omnes autem mera	820. Ὁ γαστρίμαργος, οἰνόφλυξ παρὰ τὸ δέον κατασπαταλᾷ τε καὶ χειλοποτεῖ. ὁ ἀδηφάγος ἐμφορούμενος κωμασταῖς συγκωμάζει, ὁ λίχνος (ἄσωτος, καταφαγὰς) καθηδυπαθεῖ, τὰ ὑπάρχοντα διαφθείρων τρωκτὸς (ἄσωτος (***Hed.)) ἀκούει. τοιοῦτοι	ἀδηφάγος — gulosus, helluo, epulo. ἀκούω — vocor, dicor. ἀσχολοῦμαι — laboro, labori vaco, occupatus sum. ὁ ἄσωτος (sc. ἀνήρ) — helluo, balatro. ἄσωτος (sc. ἀνήρ), ὁ — decoctor, vorator, nepos, helluo; cf. ὁ κυμαντήρ. γυναικομανής — qui insanit in mulieres sc. insano erga eas amore afficitur. διαφθείρω — perdo, disperdo, dilapido, profundo. καθηδυπαθέω — per voluntates et

abdominis mancipia sunt.	ἀνδράποδα τοῦ ἐπιγαστρίου εἰσίν.	luxum perdo, amitto, absumo. κατασπαταλάω — ligurio, delicior, in deliciis vivo. καταφαγάς — nepos, helluo. λίχνος — liguritor, gulosus. οἰνόφλυξ, ὁ/ἡ — temulentus, vinosus, potor. συγκωμάζω — cum alio comissor. τρώκτης, ὁ — comestor, helluo. ὑπάρχοντα, τὰ — bona, facultates, fortunae. χειλοποτέω — poto, avide bibo.
821. Compotores et compotrices meracius hauriunt, seque benignius invitant quum estur de symbolis, quas alii persolverunt.	821. Οἱ συμπόται καὶ συμπότιδες τοῦ οἴνου αὐτοκράτου τε καὶ εὐζώρου ἀφθονώτερον, ἀσύμβολοι ὄντες, πίνουσιν.	ἀσύμβολοι ὄντες — quum ipsi nullam symbolam contulerunt. ἀσύμβολος — symbolum haud conferens, sine collatione accedens ad comessationem. αὐτόκρατος οἶνος, ὁ — vinum meracius, i.e. temperatione haud egens, medium inter dulce et austerum. οἴνου ἀφθονώτερον πίνω — vino largius sc. copiosius utor. συμπότης, ὁ — compotor. συμπότις, ἡ — compotrix.
822. Veteres temperabant merum aqua et victitabant simplicissime. Nunc quot gulae illecebrae, tot ad perniciem irritamenta.	822. Οἱ πάλαι, τὸ μέθυ ὕδατι ἁπλοϊζόμενοι, ἐκέρασαν, νυνὶ δὲ ὅσαι σπατάλαι, τοσοῦτοι ὄλεθροι.	ἁπλοϊζομαι — simpliciter vivo, simplici victu utor. κεράννυμι — misceo, tempero. ὄλεθρος, ὁ — causa perniciei vel exitii. ὅσαι — tot. τοσοῦτοι — tot. τρυφή, ἡ — luxus.
823. Ebrius enim et bene potus noxam (poenam) habet crapulam; ebriosus tremorem et scotoma. Sobrii atque abstemii mente valent, temulentos amentia dementat.	823. Ὁ μέθυσος ἐκ τῆς προτεραίας κραιπαλᾷ· ὁ μεθυστικὸς ὑπὸ σκοτώσεως τρέμει. οἱ νηφάλιοι, ἄοινοι εὖ τῆς διανοίας ἔχουσιν, οἱ μεθυσκόμενοι παραφρονοῦσι (παρακινητικῶς ἔχουσιν).	ἄοινος — abstemius, vini temperans. εὖ τῆς διανοίας ἔχω — mente valeo, sana mente sum. κραιπαλάω — crapulor. μεθυσκόμενος — tumulentus. μεθύσκομαι — inebrior. μέθυσος — ebrius. νηφάλιος — sobrius. παρακινητικῶς ἔχω — dementio, dementer ago. παρακινητικῶς — dementer. προτεραία (sc. ἡμέρα), ἡ — prior dies. σκότωσις, ἡ — vertigo. ὑπό — prae.
824. Ubi potores inebriati brute bachantur, ibi titubatur, screatur (excreatur), vomitur, meitur (sit honos auribus), peditur, et cacatur.	824. Οἱ οἰνοφλυγοῦντες θηριωδῶς βακχεύουσι, σφάλλονται, χρέμπτονται (πυτίζουσιν), ἐμοῦσιν, οὐροῦσι, βδέουσι πλατύ, ἀποσκευάζονται.	ἀποσκευάζομαι — ventris onus pono, ventrem exonero. βακχεύω — bacchor. βδέω πλατύ — clare pedo, sonore pedo. βδέω — pedo, crepitum ventre emitto. ἐμέω — vomo. θηριωδῶς — brute. οἰνοφλυγέω — inebrior. πλατύ — clare, sonore.

		πυτίζω — spuo, liquorem sumptum vi ex ore rejicio. σφάλλομαι — titubo. χρέμπτομαι — screo, exscreo.
LXXXV. DE CASTITATE.	LXXXV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΝΕΙΑΣ.	
825. Castus est qui se libidine vel fanda vel nefanda non contaminat. Lascivire enim belluinum est.	825. Ἁγνός ἐστιν ὁ ἀφροδισίων ῥητῶν τε καὶ ἀῤῥήτων ἁγνεύων. τὸ γὰρ ἀσελγαίνειν θηριῶδες.	ἁγνεία, ἡ — castitas. ἁγνεύω — purus sum ab aliqua re. ἄῤῥητος — nefandus, non dicendus, turpior quam ut memorari possit. ἀσελγαίνω — libidinor, lascivio. θηριώδης — belluinus. ῥητός — fandus, de quo fari licet.
826. Caeterum non adulteria solum, incestus, stupra, scortationes et concubitus illegitimi, sed et omnis opica et venerea salacitas, basiationes (basia, suavia), immo cogitationes immundae et obscoenae impudicitia sunt.	826. Οὐ μόνον δὲ ἀκολασία καὶ ἀσέλγειά ἐστιν, ἡ μοιχεία, βδελυρὰ ἐπιμιξία, διαφθορά, πορνεία, ἀθέμιστος συνουσία, ἀλλ᾽ ἔτι πᾶσα λαγνεία (μαργοσύνη) καὶ ἐς τὰ ἀφροδίσια ἀκρασία, φιλήματα, ἀνασεσυρμέναι ἐνθυμήσεις.	ἀκολασία, ἡ — lascivia, libidinis, incontinentia. ἀκρασία, ἡ — incontinentia, intemperantia. ἀνασεσυρμένος — obscoenus, ab ἀνασύρω detego, revelo. ἀσέλγεια, ἡ — lascivia, impudicitia. ἀφροδίσια, ἡ — res venereae. διαφθορά, ἡ — stuprum; cf. ἡ φθορά, ἡ διακόρευσις, ἡ μοιχεία. ἐς — in. ἔτι — etiam. λαγνεία, ἡ — libido, salacitas. μαργοσύνη, ἡ — petulantia, protervitas. πορνεία, ἡ — scortatio, fornicatio. φίλημα, τό — osculum, suavium.
827. Adulter (moechus) extrarium (alienum) polluit torum, scortator suum. Incontinens pellicem (pellacam) vel concubinam sibi adsciscit. Ganeo per lupanaria grassatur. Meretrices (scorta, prostibula) pellaces prostant, et pudicitiam suam prostituunt. Lenones (balliones) atque lenae lenocinantes, alios in suis fornicibus inquinant (foedant).	827. Ὁ μοιχὸς τὰς τῶν πέλας γυναῖκας μοιχεύει, ὁ πόρνος τὸ ἑαυτοῦ λέχος μιαίνει, ἀκρατὴς ἑαυτῷ παλλακὴν συζευγνύει. ὁ πορνοκόπος εἰς τὰ πορνεῖα φοιτᾷ, αἱ πόρναι τιμῆς τυχούσης τὴν ὥραν διαπιπράσκουσιν· οἱ προαγωγοὶ καὶ μισθώτριαι ἄλλους ἐν ματρυλείοις καταμιαίνουσιν.	γυνή, ἡ — uxor. διαπιπράσκω τιμῆς τυχούσης — vili pretio. διαπιπράσκω — divendo. καταμιαίνω — inquino, polluo, contamino. λέχος, ὁ — torus. ματρυλεῖον, τό — lupanar; cf. τὸ πορνεῖον, τὸ χαμαιτυπεῖον. μιαίνω — polluo. μισθώτρια, ἡ — lena. μοιχεύω — stupro, adulterio vitio. μοιχός, ὁ — adulter. οἱ πέλας — vicini. πορνεῖον, τό — lupanar, ganeum. προαγωγικός — leno. ὥρα, ἡ — forma, pulchritudo, venustas.
828. Vah propudia! Foedi et exsecrabiles penitus omnes.	828. Φεῦ τῶν κασαλβάδων καὶ πόρνων· παμμίαροί εἰσιν.	παρὰ τὸ δέον — praeter quam quod aequum est. δέον, τό — aequum. κασαλβάς, ἡ — meretrix, scortum. παμμίαρος — plane abominabilis, scelestissimus. φεῦ τῶν κασαλβάδων — vae

		meretricibus. φεῦ — vae.
829. Moratur, imo insanit, qui deperit feminam impudice.	829. Ὁ γυναικομανής, μῶρος καὶ φρενόληπτός ἐστιν.	μωρός — fatuus, stolidus.
LXXXVI. DE MODESTIA.	LXXXVI. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΟΣ (ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣΥΝΗΣ).	
830. Modestus verecunde agit, procacitatem defugit.	830. Ὁ μέτριος (ταπεινόφρων) αἰδημόνως ἔχων, τὴν προπέτειαν φεύγει.	αἰδημόνως — verecunde. γαστρίμαργος — gulosus. ἔχω — gero me. μέσον, τό — adminiculum rei, ratio. μέτριος — modestus. μετριότης, ἡ — modestia. προπέτεια, ἡ — protervia, procacitas.
831. Non frivolus est, ut ut quadantenus blandus et comis: non loquax aut morologus sed taciturnus.	831. Αἱμύλος ὤν, οὐκ ἀδολεχχεῖ. καὶ γὰρ χαρίεις μᾶλλον, καὶ σιγαλέος, ἢ λάλος καὶ μωρολόγος ἐστίν.	ἀδολεσχέω — blatero, garrio. αἱμύλος — blandus. καὶ γάρ — etenim. λάλος — loquax. μωρολόγος (μωρόλογος), ὁ — insulsus blaterator, nugator, scurra. χαρίεις — lepidus, gratiosus, festivus.
832. Nec tamen morosus aut torvus sed gravis: severus, non saevus.	832. Οὐκ ἔστιν ἀμείλιχος, ἀπηνής, αὐστηρός, ἀλλὰ σεμνός.	ἀμείλιχος — morosus, difficilis. ἀπηνής — immitis, durus. σεμίδαλις, ἡ — simila, similago, flos farinae triticeae.
833. Nihil immoderate laudat vel vituperat (redarguit, culpat, reprehendit). Neminem traducit, cavillatur, aut diffamat. Ad opprobrium neutiquam silet.	833. Οὐδένα πέρα τοῦ μέτρου ἐπαινεῖ ἢ ψέγει, οὐδένα λοιδορεῖ, ἀτιμάζει ἢ σκώπτει, ἢ ἐκθεατρίζει, λοιδορηθεὶς δὲ οὐ σιγᾷ.	ἀτιμάζω — dehonesto. ἐπαινέω — laudo. λοιδορέω — maledico, probris vex, conviciis sc. maledictis incesso vel appeto. πέρα — praeter, ultra, supra. ψέγω — reprehendo, vitupero.
834. Immo nec pejerat, nec dejerat, nec jurat temeriter. Si vero juraverit, juramenti (jurisjurandi) servantissimus est.	834. Οὐδ᾽ ἐπιορκεῖ, οὐδ᾽ ὀμνύει εἰκῇ· ὀμωμοκὼς δέ, εὔορκός ἐστιν.	εἰκῇ — temere. ἐπιορκέω — pejero. εὔορκος — jurisjurandi servans, injurejurando servando religiosus. ὀμνύω — juro.
835. Nemini adversatur importune, aut facessit molestiam, aut scandalo (offendiculo) est. Nec quenquam sciens volensve contristat.	835. Μηδενὶ φορτικῶς ἀντιλογῶν ἀντιστασιάζει, ἢ πράγματα παρέχει, οὐδένα ἑκὼν εἰδώς τε λυπεῖ.	ἄῤῥεκτος — infectus, non factus. εἰδώς — sciens. ἑκών — volens, prudens. λυπέω — contristo, dolore afficio, dolorem sc. aegritudinem affero. παρέχω — facesso. σοφιστής, ὁ — sophista, cavillator. φορτικῶς — importune.
836. Famam et rumores non vulgat sed percontatur	836. Φήμην οὐ κατασκεδάννυσι, μᾶλλον	ἀπιστέω — fidem nullam habeo, haud credo. διαφοιτῶν — pervulgatus.

prius scrupulose, iisque nisi crebrescentibus exploratoque cognitis, assensum non accomodat.	δὲ ἠκριβωμένως πυνθάνεται, ταύτῃ δὲ μὴ πάντως διαφοιτώσῃ ἀπιστεῖ.	διαφοιτάω — percrebesco. ἠκριβωμένως — diligenter, accurate. πυνθάνομαι — sciscitor, percontor. φήμη, ἡ — fama, rumor.
837. Curiosus ardelio ingerit (intrudit) se et immiscet ubi eius nihil interest, etiam quae celantur eliciens.	837. Ὁ πολυπράγμων (ἀλλοτριοπραγμονῶν) τὰ κρυπτά, ὧν αὐτῷ οὐδὲν μέτεστι (οὐδὲν εἰς αὐτὸν ἀνήκοντα) ἀναζητήσας ἀκριβοῖ τε καὶ ἐξετάζει.	ἀκριβόω — diligenter exploro. ἀλλοτριοπραγμονέω — aliena negotia curo. ἀναζητήσας — sciscitando. ἀναζητέω — inquito, sciscitor. ἀνήκω — attineo, pertineo. κρυπτός — occultus, arcanus. ὧν αὐτῷ οὐδὲν μέτεστι — ubi ejus nihil interest. μέτειμι — intersum.
838. Locutuleius verbosus est, nugator facta infecta loquitur (blaterat), garrulus aniles ineptias blatit, futilis arcana effutit, sophista (cavillator) captiosus est, momus omnia carpit et sugillat.	838. Ὁ στωμύλος (κώτιλος) πολύλογος, φλύαρος (λογολέσχης) τὸ ῥεχθέν τε καὶ ἄῤῥεκτον φλυαρολογεῖ. ὁ σπερμολόγος (κρόταλος ὕθλους γραϊκοὺς κωτίλλων, ἀθυροστομεῖ. ὁ ἀθυρόγλωσσος, λαθραῖα, εὐκρυφῆ (παράβυστα, ἀνέκφορα), παραφθέγγεται (ἐκφερομυθεῖ). ὁ σοφιστὴς ἀπατητικός. ὁ μῶμος πάντα μωμεῖται.	ἀθυροστομέω — nugor, petulanter loquor. ἀνέκφορος — arcanus. ἀπατητικός — ad decipiendum aptus, fraudulentus, fallax. γραϊκός — anilis; cf. γραώδης. ἐγγλωττογάστωρ, ὁ — locutelejus. ἐξαγορεύω — enuncio, effutio. εὐκρυφής — arcanus, secretus. κωτίλλω — blatero, garrio. λογολέσχης, ὁ — blater, blaterator, nugator, loquax. μῶμος, ὁ — vituperator, reprehensor; cf. ὁ μωμητής, ὁ ἐπιπλήττων, ὁ ψέκτης. μωμοῦμαι — reprehendo, vitupero. παράβυστος — arcanus, absconditus. ῥέζω — facio. σπερμολόγος, ὁ — garrulus, nugator, scurra. ὕθλος, ὁ — nugae, ineptiae. φλυαρολογέω — garrio, nugor.
839. Consideratus non quidem elinguis est, sed tamen non insulsus blatero. In garritu enim multo vanitas.	839. ἐσκεμμένος οὐκ ἄγλωσσος μέν, ἀλλ᾽ οὐδὲ λαμυρὸς (στωμύλος). ἐν πολυλογίᾳ ματαιότης.	ἄγλωσσος — elinguis. λαμυρός — impudenter loquax. ματαιότης, ἡ — vanitas. πολυλογία, ἡ — multiloquium, loquacitas. ἐσκεμμένος — consideratus. στωμύλος — garrulus, dicax, loquax. συγγινώσκω — ignosco, veniam do.
840. Submissus demisso, non elato aut tumido animo est. Non sibi arrogat quod non habet, nec aliis sua derogat. Non ambit et anhele aspirat ad fasces, purpuram, diadema, aliasque dignitates. Nec sua profuse jactat, aut ostentat, aut extollit, aut in iis	840. Ὁ ταπεινόφρων, οὐκ ὑπέροφρυς τυφοῦται ἢ χαυνοῦται, οὐδ᾽ ἑαυτῷ ἀπονέμει ὃ οὐκ ἔχει, οὐκ ἀλλοτριοφθονεῖ, πορφύρας, διαδήματος, σπουδαρχῶν οὐκ ἀντιποιεῖται, οὐ μεγαλαυχεῖ, οὐ τὰ ἑαυτοῦ σεμνολογούμενος δεικνύει	ἀπονέμω — arrogo. δεικνύω — ostento. διὰ ταῦτα — propterea. διάδημα, τό — diadema, fascia regalis. ἐκταπεινόω — deprimo, demitto. ἐπαίρομαι — extollo, effero, me efferor. καυχῶμαι — glorior, vendito me. μεγαλαυχέω — magnifice me effero, me jactito, magna jacto, glorior. προάγω — proveho, eveho. σπουδαρχῶν οὐκ ἀντιποιεῖται —

gloriatur, aut se insolenter effert aliisque praeponit, sed submittit potius et deprimit. Ideoque exaltabitur.	ἢ ἐπαινεῖ, οὐ καυχᾶται, οὐκ ἐπαίρεται, οὐκ ἑαυτὸν τῶν ἄλλων προτιμᾷ, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν αὐτοῖς ὑφίησιν (ὑποτάττει) καὶ ἐκταπεινοῖ, διὰ ταῦτα εἰς ἀξίαν προαχθήσεται.	haud affectatur studiosus aliis imperandi. σπουδαρχέω — imperia aut magistratus ambio. τυφοῦμαι — tumeo, superbio. ὑπέροφρυς — superciliosus, elato supercilio. χαυνοῦμαι — inflor, superbio.
841. Praeconia vulgi non affectat, ut abjecti quidam plebicolae, nec sibi anteferri alios moleste fert.	841. Τὸν ἔπαινον δημοτικὸν φαυλίζει, οὐ ζητεῖ ὡς ταπεινοί τινες τοῦ ὄχλου θεραπευταί, οὐδ' ἄλλοις ἑαυτοῦ προκριθεῖσι δυσχεραίνει, ἄρχειν γὰρ οὐκ ἐπιβάλλεται.	δημοτικός — popularis. ἐπιβάλλομαι — cupio. θεραπευτής τοῦ ὄχλου — plebicola, plebis assentator. θεραπευτής, ὁ — cultor. προκρίνω — praepono, praefero. ταπεινός — humilis. φαυλίζω — flocci facio, pro nihilo duco, contemno.
842. Festivi joci, leporesque et allusiones facetae urbanos decent. Rusticitas barbariem redolet.	842. Ἡ παιδιά, χαριεντότης, αἱμυλία, ἀστειολογία τοῖς εὐτραπέλοις πρέπει. ἡ ἀγροικία βαρβαρικόν.	ἀγροικία, ἡ — rusticitas. αἱμυλία, ἡ — sermonis festivitas, lepos. ἀστειολογία, ἡ — facetiae. βαρβαρικός — barbaricus. εὐτράπελος — urbanus. παιδιά, ἡ — jocus. πρέπει — decet, condecet. πρέπω — convenio. χαριεντότης, ἡ — lepos et venustas sermonis.
843. Scurrilitas summopere discavenda, nec minus assentationes parasiticae.	843. Τὰ βωμολοχεύματα (ἐπικερτομήματα) οὐδ' ἧττον τὴν κολακείαν παρασιτικὴν μάλιστα φυλακτέον ἐστίν.	βωμολόχευμα, τό — scurrilitas, nugae. ἐπικερτόμημα, τό — dictum mordax cum irrisione. εὔτροπος — homini bene morato conveniens. κολακεύω — adulor, assentor. παρασιτικός — parasiticus.
844. Cavillatio virulenta, sanna postica sannionibus reliquenda.	844. Οἱ σαρκασμοί, καταμωκήσεις (***Hed., LSJ) τοῖς γελοιασταῖς πρέπουσιν.	γελοιαστής, ὁ — sannio, scurra. καταμώμησις, ἡ — illusio, irrisio. σαρκασμός, ὁ — irrisio amara.
845. Renidere et blade ridere morati est, cachinnari incivile.	845. Εὔτροπον καὶ κόσμιον τὸ μειδιᾶν (ὑπογελᾶν), καγχάζειν πλατὺ ἄγροικον.	ἀγροικός — agrestis. καγχάζω — cachinnor. μειδιάω — lenitor rideo, subrideo. ὑπογελάω — subrideo.
LXXXVII. DE AUTARKEIA.	LXXXVII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΥΤΑΡΚΕΙΑΣ.	
846. Avarus per fas et nefas ditescere annititur, cum tamen superna benedictio Domini ditet.	846. Ὁ φιλάργυρος, ἀδίκως καὶ ἀγνωμόνως φιλοπλουτεῖ. Θεὸς δὲ οὐρανόθεν τοὺς χρηστοὺς πλουτίζει.	ἀγνωμόνως — stulte. αὐτάρκεια, ἡ — animi aequitas, animus sua sorte contentus. κακοδαίμων, ὁ — cacodaemon, malus genius. οὐρανόθεν — coelitus e coelo. φιλάργυρος — avarus.

		φιλοπλουτέω — ditescere studeo. χρηστός — bonus, probus.
847. Et cui usui in immensum coacervatae (cumulatae) divitiae, malorum invitamenta et irritamenta cum male parta male dilabantur?	847. Τί ὄφελος πλούτου ἀμέτρως συσσωρευθέντος; οὐχὶ αὐτὸς κακῶν ἐρέθισμα καὶ ἐμπύρευμα; τὰ κακῶς συναθροισθέντα, κακῶς διεῤῥύην.	ἀμέτρως — immodice, in immensum. διεῤῥύα — dilabor. ἐμπύρευμα, τό — irritamentum. ἐρέθισμα, τό — irritamentum. πλοῦτος, ὁ — divitiae. συναθροίζω — congero, comparo, pario.
848. Adeo desipiunt divites quidam ut bonis affluentes et cistas pecunia, scrinia cimeliis, et cameras supellectile confertas possidentes, egestatem timeant: videlicet in copia inopiam, in abundantia imo redundantia penuriam.	848. Οὕτω πλούσιοί τινες ἀφρονοῦσιν, ὥστε ὑπερπλουτοῦντες (εὐποροῦντες ἁπάντων), καὶ κιστὰς χρημάτων, φωριαμοὺς κειμηλίων, καμάρας τε κατασκευῆς γεμούσας κτώμενοι, ὅμως ἀπορίαν φοβοῦνται.	γέμω — plenus vel onustus sum. εὐπορέω τινος — abundo aliqua re. καμάρα, ἡ — cameratus. κειμήλιον, τό — cimelium, res pretiosa. κτῶμαι — possideo. ὑπερπλουτέω — divitiis abundo. φωριαμός, ὁ — arca, cista.
849. Tu si pecuniosus es tibique opes affatim suppetunt, egenis inde suppedita. Sin minus, etiam de modico imperti, si non largiter saltem liberaliter.	849. Πλουτῶν χρημάτων τοὺς πένητας ἀντευεργέτει. εἰ δὲ μή, ἀπ᾽ ὀλίγων δὸς ὀλίγα, εἰ οὐ δαψιλῶς, ἀλλ᾽ ἐλευθερίως.	ἀντευεργετέω — beneficiis rursum afficio. δαψιλῶς — largiter. εἰ — si minus. πλουτέω — dives, locuples sum aliqua re.
850. Satius enim est liberalem esse quam nimis parcum, et elargiri beatius quam acceptare.	850. Ἄμεινον ἐλευθέριον εἶναι, ἢ φειδωλόν. τὸ δοῦναι γὰρ μακαριώτερον τοῦ λαβεῖν.	ἐλευθέριος — liberalis, largus. μακάριος — beatus. τοῦ λαβεῖν — quam accipere, accipiendo. φειδωλός — tenax.
851. Frugalis paucis contentus est. Non tenax quidem est, sed parsimoniae tamen navans operam.	851. Ὁ χρηστὸς ὀλίγοις ἀρκεῖται, οὐ σμικρολόγος, ἀλλὰ φειδωλός ἐστιν.	σμικρολόγος — sordidus, tenax. φειδωλός — parcus. χρηστός — frugalis.
852. Frugalitas, quantum sit vectigal si luxuriosus pervideret, fastu et luxu patrimonium non prodigeret.	852. Ἡ ὀλιγαρκία ὅσον τέλος ἐστίν, εἰ ὁ ἄσωτος εἰδείη, οὐκ ἂν τὴν πατρῷαν οὐσίαν τύφῳ καὶ ἡδυπαθείᾳ διασκορπίσειε.	διασκοπρίζω — complano. ὀλιγαρκία, ἡ — frugalitas. ὅσος — quantus. οὐσία, ἡ — patrimonium, facultates. πατρῷος οὐσία — patrimonium. τέλος — reditus, proventus.
853. Pauperat enim dispendium; compendium opulentat.	853. Ἡ ζημία πτωχίζει, τὸ δὲ κέρδος πλουτίζει.	ἀποδέχομαι — suscipio, recipio. ἄσωτος — luxuriosus, prodigus. πτωχίζω — paupero, ad paupertatem redigo.
854. Tu ergo quidquid accipis et expendis, in codicem accepti ex expensi refer.	854. Ἅπαντα οὖν τὰ ἐκδοθέντα καὶ ληφθέντα ἐν ἀναγραφαῖς (βιβλίῳ λογιστικῷ) σημείου.	ἀναγραφή, ἡ — commentarius. λογιστικὸν βιβλίον, τό — codex accepti et expensi. σημειόω — noto, in commentarios refero.

LXXVIII. DE JUSTITIA: ET PRIMO COMMUTATIVA.	LXXXVIII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ΣΥΝΑΛΛΑΚΤΙΚΗΣ.	
855. Iustitia suum cuique tribuit.	855. Ἡ δικαιοσύνη ἑκάστῳ τὸ ἴδιον ἀπονέμει.	ἀπονέμω — tribuo, attribuo. δικαιοσύνη, ἡ — justitia. ἐπιστάτης, ὁ — curiae magister, curio. συναλλακτικός — in commutando versans.
856. Ergo qui cum alio transegit et quicquam promisit (pollicitus est), condixit (recepit): sive ultro et sua (suapte) sponte sive exoratus, et quibuscunque conditionibus aut exceptionibus, ei standum est pactis et promissis firmiter.	856. Ὅστις οὖν ἄλλῳ τινὶ συναλλάξας ὑπέσχετό τι αὐτομάτως (αὐθεκουσίως), ἢ ὑπ' ἄλλου δεηθέντος ἐπαχθείς, τοῦτο ἄνευ παραγραφῆς ἀκριβῶς τηρητέον, καὶ τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν κυρωτέον ἐστίν.	αὐθεκουστίως — ultro. ἐπαγγελία, ἡ — promissum. ἐπάγω — induco ad aliquid. τοῖς ἔργοις — re vera, re ipsa. κυρόω τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν — verbis promissum revera servo, sto primissis. κυρόω — firmo. λόγος, ὁ — verbum. παραγραφή, ἡ — exceptio. συναλλάττω — paciscor, contraho cum aliquo.
857. Qui stipulanti adstipulatus est, obligavit se, sit illud licet in leviculis.	857. Εἰ ἐπερωτῶντί τι καθομολογούμενος ὑπέσχου, κἂν σμικρὸν ᾖ, αὐτῷ ὀφείλεται.	ἐπερωτάω — stipulor. καθομολογοῦμαι — adstipulor. κάν — etiamsi. κατεσπευσμένως — festinanter, praecipitanter.
858. Depositum reddendum est, non abnegandum, non supprimendum.	858. Τὴν παρακαταθήκην ἀποδοτέον ἐστίν. οὐ δεῖ ἔξαρνον περὶ αὐτῆς ἀποκρυβείσης, γενέσθαι.	ἔξαρνος γίνομαι περί τινος — aliquem rem abnego, inficior. ἔξαρνος — negans, inficians. παρακαταθήκη, ἡ — depositum.
859. Nil quod alterius est tibi eo insciente vindica (assere) aut usurpa.	859. Οὐδὲν ἀλλότριον τῷ κτήτορι ἀσυνειδήτως ἐξιδιάζου.	ἀσυνειδότως — inscio aliquo. ἐξιδιάζομαι — mihi vindico. κτήτωρ, ὁ — dominus.
860. Quod utendum accepisti, idem restitue (redhibe), non aliud: et quidem, quoad eius fieri potest, absque detrimento.	860. Ἀπόδος τὸ χρησθέν, ὅσον γε δυνατόν, ὁλόκληρον.	ὁλόκληρος — integer, sine detrimento. ὅσον γε δυνατόν — quoad ejus fieri potest. χράω — commodo, mutuum do, utendum do.
861. Quod mutuo datum (mutuatium) est, pro eo aliud licet remittas, paris tamen aestimii.	861. Οὕτω καὶ τὸ δανειζόμενον, ἄλλο μέν, ἰσότιμον δὲ ἀπόδος.	δανείζω — mutuor, mutuum do. ἰσότεμος — paris pretii.
862. Si quis a te mutuatur, ei mutua et commoda. Chirographum tamen, vel arrhabonem, seu pignus, vel praedam aliamve cautionem postula.	862. Τῷ δεομένῳ δανείζων χειρόγραφον, ἀῤῥαβῶνα, ἐνέχυρον, ἐγγυητήν, ἢ δανεικὸν γραμμάτιον αἴτει.	ἀῤῥαβών, ὁ — arrhabo, pars summae solvendae qua fides fit, totam solutum iri. γραμμάτιον, τό — schedula. δανειακός — mutuatitius, mutui causa datus. ἐνέχυρον, τό — pignus. χειρόγραφον, τό — chirographum, scheda quo debitor creditori

		mutuum profitetur.
863. Quia ob mortalitatem debitorum, quin et fidem lubricam, cautela opus est.	863. Διὰ τὸ θνητὸν καὶ ἄπιστον ὀφειλετῶν, φυλακῆς μεγίστη χρεία ἐστὶν.	τὸ ἄπιστον — fides lubrica, ab ἄπιστος —ον. τὸ θνητόν — mortis eventus. θνητός — mortalis. φυλακή, ἡ — cautio. χρεία ἐστι φυλακῆς μεγίστη — cautela maxime opus est. χρεία, ἡ — necessitas.
864. Qui supra sortem (summam primitivam) foenus (usuras) exigit, sive unciarum* (centesimam [per mensem], duodecim pro centum [per annum]) sive semunciarum* (semissem, sex pro centum), non creditor est sed foenerator (danista). Pessimus autem et nequissimus, qui anatocismis debitorem devorat, quod nefarium.	864. Οὐ χρήστης, ἀλλὰ τοκιστής, παρὰ τὸ κεφάλαιον τόκον ἢ οὐγγίαν ἢ ἡμιουγγίαν λαμβάνει. πάντων κάκιστος δὲ ἀνατοκισμοῖς τὸν ὑπόχρεων κατεσθίει.	ἀνατοκισμός, ὁ — usurae annua renovatio, usurae usurarum. ἡμιουγγία — usurae semisses, sc. sex pro centum; cf. ἡμιουγγιάριος τόκος*. κάκιστος — pessimus. κεφάλιον, τό — sors, summa cujus penduntur usurae. οὐγγιάριος τόκος — usurae centesimae, sc. XII. pro centum. οὐγγιάριος (οὐγκίαριος) — unciarius. ὀφειλέτης, ὁ — debitor. τοκιστής, ὁ — foenerator. τόκος, ὁ — foenus, usura. χρήστης, ὁ — creditor.
865. Iniquus vero sibi ipsi est qui alieno aere ita se obruit, ut versura solvere vel auctionem facere et tandem argentariam dissolvere (foro cedere) cogatur.	865. Ἑαυτὸν ἀδικεῖ ὁ ὑπέρχρεως, ἀναγκαζόμενος τὸ δάνειον μεταγράφειν, ἢ τὴν οὐσίαν ἀποπεφασμένως πωλεῖν, ἢ χρεωκοπεῖν.	ἀποπεφασμένως — palam, publice. δάνειον, τό — mutuum. μεταγράφω τὸ δάνειον — nomen sc. debitum muto, versuram facio, aes alienum ex aere alieno solvo. ὑπέρχρεως — qui supra facultates debet. χρεωκοπέω — decoquo, defugio popter aes alienum, fraudo creditores.
866. Proinde debita (nomina) quam ocissime exsolve, et apocham (acceptilationem) qua acceptum tibi referatur flagita.	866. Τὸ χρέος οὖν ὡς τάχιστα διαλύων, ἀπόδειξιν τῶν χρεῶν, ἢ ἀποχὴν ἢ ἀθῴσιν αἴτει.	ἀθῴωσις, ἡ — apocha, scheda, qua creditor testatur sibi satisfactum a debitore. ἀπόδειξις τῶν χρεῶν — documentum solutionem debiti probans. ἀπόδειξις, ἡ — probatio. ἀποχή, ἡ — apocha, professio debiti a debitore accepti. χρέος, τό — debitum, nomen.
867. Furta, rapinae, sacrilegia, peculatus, plagium, [et] abactus aeque in illo mandato, *Non furaberis*, interdicta sunt.	867. Ἡ κλοπή, ἁρπαγή, ἱεροσυλία, τὸ ἐκ κοινῶν κλέμμα, ἀνδραποδισμὸς (σωματεμπορία) ἀπελασία, ἐν τῇ ἐντολῇ, οὐ κλέψεις, ἀπαγορεύονται.	ἀπελασία, ἡ — abactus pecoris. ἁρπαγή, ἡ — rapina. ἐντολή, ἡ — praeceptum divinum. ἱεροσυλία, ἡ — sacrilegium. κλέμμα ἐκ κοινῶν — peculatus. κλέμμα, τό — furtum. κλέπτω — furor, furtum committo. κλοπή, ἡ — furtum. τὰ κοινά — bona publica. σωματεμπορία, ἡ — plagium, hominum abductio.

868. Privari enim et orbari rebus suis nemo debet. Qui contra aliquid committit, repetundarum tenetur.	868. Τῶν γὰρ ἰδίων οὐδένα δεῖ ἀποστερεῖσθαι καὶ ἀμείρεσθαι· ὁ δὲ τὰ δημόσια κλέπτων, εὐθύνας ὑπέχει.	δημόσια (sc. χρήματα) — rerum commentaria. εὐθύνας ὑπέχω — repetundarum teneor, damnor, punior. εὔθυναι, αἱ — judicium repetundarum. εὐθύνας ὑπέχω — repetundarum teneor, damnor, punior, qs.* repetundarum judicium et poenam subeo. ὑπέχω — subeo.
LXXXIX. DE JUSTITIA DISTRIBUTIVA.	LXXXIX. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙΚΑΟΣΥΝΗΣ ΔΙΑΝΕΜΗΤΙΚΗΣ.	
869. Praemiis et poenis in officio continentur omnes.	869. Ἐπὶ τοῖς δώροις καὶ κολάσει πάντες τὸ καθῆκον ἀποτελοῦσιν.	ἀποτελέω — facio. διανεμητικός — distributivus, qui in distribuendo versatur. δῶρον, τό — donum, praemium. καθῆκον, τό — officium. κόλασις, ἡ — poena. λουτρόν, τό — lavacrum, balneum.
870. Ergo qui laudabiliter agit, collaudationem (applausum), commendationem, promotionem, [et] honoraria meretur. Qui secus, expostulationem, reprehensionem, vituperium, probra, et castigationem. Sed pro personarum tamen discrimine.	870. Ὁ οὖν ἐπαινετὰ διαπραξάμενος, ἐπαίνου, συστάσεως, δωρεῶν ἀξιοῦται (μισθὸς τοῦ πόνου αὐτῷ χρεωστεῖται). ὁ δὲ αἰσχρουργήσας ἐπίπληξιν, φαυλισμόν, προπηλακισμόν, κόλασιν χρεωστεῖ.	αἰσχρουργέω — turpiter ago. ἀξιόω — dignum habeo. διαπράσομαι — ago, facio. δωρεά, ἡ — donum, honorarium. ἐπαινετός — laudabilis. ἔπαινος, ὁ — laus. ἐπίπληξις, ἡ — increpatio, expostulatio. κόλασις, ἡ — castigatio. μισθός, ὁ — merces, praemium. πόνος, ὁ — labor. προπηλακισμός, ὁ — contumelia, ignominia; cf. ἡ προπηλάκισις. προσάγομαι — adscisco mihi, promercor. σύστασις, ἡ — commendatio. χρεωστέω — debeo alicui aliquid.
871. Qui nolens et inscius maleficium admisit commiseratione dignus est. Simplicitati igitur id imputa, non opprobra rigide. Qui data opera facinoris se alligat iure meritoque punitur; qui alieno instinctu et impulsu, non omnino excusatur.	871. Ὁ ἄκων καὶ ἀγνοῶν κακουργήσας, ἄξιος ἐλεηθῆναί ἐστιν. τῇ εὐηθείᾳ τοῦτο προσλογίζου, μηδαμῶς δὲ αὐτῷ τὸ πταῖσμα ὀνείδιζε. ὁ ἑκουσίως τε καὶ συμβουλευτικῶς ἁμαρτάνων, ἄξιος κολασθῆναί ἐστιν. ὁ δὲ ὑπ’ ἄλλων ἐποτρυνθείς, συγγνωστὸς οὐκ ἔστιν.	ἀγνοῶν — inscius. ἀγνοέω — ignoro. ἄκων — nolens, invitus. ἄξιος — dignus. ἑκουσίως — sponte, ultro. ἄξιος ἐλεηθῆναι — commiseratione dignus. κακουργέω — maleficium admitto. κολάζω — punio, poena afficio. ὀνειδίζω — exprobro, objicio. προσλογίζομαι — adscribo, imputo. συγγνωστός — dignus, cui ignoscatur, venia dignus. συμβουλευτικῶς — consilio, data opera.
872. Afflictionem afflictis ne auge, sed suppetias	872. Μὴ θλίβε τὸν κακοπαθοῦντα (δύσθυμον),	δύσθυμος — tristis. ἐπικουρέω — auxilior, suppetias fero.

ferendo minue quum eas implorant.	μᾶλλον δὲ αὐτῷ δεηθέντι ἐπικούρει.	θλίβω — affligo.
873. Adjumento qui eget, eum obnixe petere, obtestari, obsecrare, supplicare, numne (numquid) pigebit?	873. Ὁ ὑπουργίας δεόμενος, ἱκετεύειν, ἀντιβολεῖν, λιπαρεῖν οὐκ ὀκνεῖ.	ἀντιβολέω — supplico. ἄφυκτος — inevitabilis. λιπαρέω — assidue, valde rogo. ὀκνέω — piget me, gravor. ὑπουργία, ἡ — adjumentum.
874. Superbus mendicus nil emendicat. Importunus vero flagitator odiosus est et repulsam feret.	874. Ὁ μεγαλιζόμενος καὶ ὀφρυάζων πτωχὸς οὐδὲν τῷ πτωχεύειν λαμβάνει, ὁ ἀκαίρως ἄλλους ἐνοχλῶν μισούμενος ἁπάντων ἀπελαύνεται.	ἀκαίρως — importune. ἐνοχλέω — fatigo, molestus sum flagitando. μεγαλιζόμενος — superbus, elatus. μεγαλίζομαι — superbio, magnifice me effero, elatus sum. μισούμενος — exosus, odiosus. ὀφρυάζων — tumidus. ὀφρυάζω — superbio, tumeo. πτωχεύω — mendico. πτωχός, ὁ — mendicus.
875. Quum impetraveris quae rogasti, gratias age (refer).	875. Εἰληφώς, ἃ ᾔτεις, παντὶ τρόπῳ εὐχαρίστει· ἀποτυχὼν δὲ πάντων δι᾽ ἱκανὰς αἰτίας, μὴ παρενοχλεῖ (ἀπόκναιε) μὴ γόγγυζε.	ἀποκναίω — obtundo, fatigo, lasso. γογγύζω — murmuro. εὐχαριστέω — gratias ago, gratum me praebeo. ἱκανός — ideoneus.
876. Quod quis non rogatus largitur, modeste primum recusa. Sed pertinaciter ne respue, ne contemnere (aspernari) videaris tibique ceu ingratitudo exprobretur (objectetur).	876. Ὅ τι τίς σοι χαριζόμενος αὐτομάτως δίδωσι, μετρίως πρῶτον, ὡς μὴ ἀποδεξόμενος, ἀνάνευε, αὐθαδῶς δὲ μὴ ἀπόπτυε, ὅπως μὴ ὑπεροπτικῶς ἔχειν δοκῇς.	ἀνανεύω — abnuo. ἀποπτύω — respuo, rejicio. αὐθαδῶς — pertinaciter. μετρίως — modeste. ὑπεροπτικῶς ἔχω — superbe contemno. χαριζόμενος δίδωμι — dono do, dono. χαρίζομαι — dono.
877. Gratitudinis grades sunt, beneficium (beneficentiam) agnoscere, laudare, pensare.	877. Τῆς εὐχαριστίας κλίμακες, μνήμη, ἔπαινος, ἀντίχαρις.	ἀντίχαρις, ἡ — beneficii remuneratio. εὐχαριστία, ἡ — gratus animus. κλίμαξ, ἡ — gradus. μνήμη, ἡ — commemoratio.
878. Munem (officiosum) esse et munera remunerare (retribuere) opulentorum est.	878. Τὸ ἀντιχαρίζεσθαι πρὸς πλουσίων ἐστίν.	πλούσιος — dives.
879. Acceptis hospitibus xenia, necessariis strenae mittuntur.	879. τοῖς ξένοις ξένια, τοῖς δὲ ἐκ γένους προσήκουσιν ἐπινομίδες ἀποστέλλονται.	οἱ ἐκ γέννους — cognati. ἐπινομίς, ἡ — strena, munus quod datur initio anni. ξένιον, τό — xenium, donum quod hospiti datur. οἱ ἐκ γένους προσήκοντες — necessarii, cognati.
880. Conspicuos et dotibus singularibus	880. Τοὺς ἀξιώματι προὔχοντας τίμα, αἰδοῦ,	αἰδέομαι — veneror, revereor. ἀσθενής — invalidus, humilis.

antecellentes honora, reverere, et suspice. Neminem licet invalidum despice.	ἀπόβλεπε, μηδενὸς ἀσθενεστέρου ὑπερόπτου.	τιμάω — honoro. τὸ ἀξίωμα — meritum, dos naturae aut fortunae. ὑπερόπτομαι — despicio, contemno aliquem.
881. Prosis omnibus, obsis nemini, fausta precare universis.	881. Ὠφέλει πάντες, οὐδένα βλάπτε, πᾶσιν εὐφήμει.	βλάπτω — noceo, obsum. εὐφημέω — bene precor.
XC. DE FORTITUDINE.	XC. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΔΡΕΙΑΣ.	
882. Magnanimus est qui secunda nec non adversa indifferenter ferre potest.	882. Ὁ ἐν εὐτυχίαις τε καὶ ἀτυχίαις ἐναδιαφορῶν, μεγαλόφρων ἐστίν.	ἀνδρεία, ἡ — fortitudo. ἐνδιαφορέω — aequabilitatem animi servo, aequo animo aliquid fero. μεγαλόφρων — magnanimus.
883. Nihil vulgare admiratur. Ad repentina (praesertim panica) non consternatur. Labores ad se attinentes non detrectat, et quibus se laboribus addixit, eos alacriter subit strenueque urget. Pericula inevitabilia si imminent (impendent, instant), intrepidus adit et animose suffert, audaciam modo et temeritatem refugiens.	883. Οὐδὲν τῶν τυχόντων θαυμάζει, τὰ αἰφνίδια οὐκ ἐπτόηται, πόνους αὐτῷ προσήκοντας ἀσμένως ὑποδέχεται, προθύμως ὑπομένει, ἀφειδὴς τοῦ βίου καὶ φιλοκίνδυνος ἀνάγκης ἀφύκτου ἐπειγούσης, ῥιψοκίνδυνος δὲ οὐκ ἔστιν.	αἰφνίδιος — repentinus. ἀσμένως — alacriter. ἐπείγω — urgeo, compello. ῥιψοκίνδυνος — temerarius, ad audendum projectus. τυγχάνω — vulgaris. τυχόντα (sc. χρήματα), τὰ — res vulgares. ὑπομένω — subeo, sustineo. φιλοκίνδυνος — ad pericula adeunda paratus.
884. Propterea quod coepit continuat. Fessus tamen et lassus paulum interquiescit, ne operam perpetuans defetiscatur ac succumbat.	884. Ὃ ἐπεχείρησεν, ἐκτελεῖ, κεκμηκὼς καὶ καταπονηθεὶς μικρὸν ἀναπαύεται, ἵνα μὴ καματηρῶς τε καὶ περισσῶς ἀσχολούμενος ἀποκάμῃ.	ἀποκάμνω — deficio, fatisco. καματηρῶς — continenter, pertinaciter. κεκμηκώς — fessus. κάμνω — laboro. μικρόν — paullulum. περισσῶς — nimium, vehementius.
885. Pusillanimus ex adverso prosperis intumescit, calamitosis subsidit et animum despondet, inopinis percellitur, ad quemvis strepitum effeminate trepidus et querulus est, mutire vel hiscere vix audet.	885. Ὁ μικρόψυχος δὲ τῇ εὐπραξίᾳ ἐπαίρεται, τῇ δυσπραξίᾳ ἀθυμεῖ, τὰ ἀπροσδόκητα πτοεῖται, πρὸς ἅπαντα ψοφοδεὴς καὶ μεμψίμοιρος, μύζειν (γρύζειν) οὐ τολμᾷ.	ἀθυμέω — animum despondeo, animum abjicio. ἀπροδόκητος — inexspectatus. γρύζω — mutio, hisco. δυσπραξία, ἡ — res adversae, calamitosae. εὐπραξία, ἡ — res prosperae, secundae. μικρόψυχος — parvi et angusti animi. μύζω — mutio, musso, mussito. ἐπτόημαι — expavesco. πτοοῦμαι — paveo, pavesco, expavesco aliquid, trepido ad aliquid. τολμάω — audeo.

		ψοφοδεής — admodum meticulosus, formidolosus, pavidus.
886. Inter fortem ergo et ignavum (pigrum) quantum interest! Ille munia (partes) sibi commisa solicite agit, hic negligenter; ille sedulo, hic socorditer; ille enixe, hic remisse; ille accurate, hic defunctorie; ille quiete, hic proterve et praecipitanter; ille nihil cunctando, hic omnia procrastinando; ille sine intermissione (pausa) in proposito decoro pergit, hic desultorie tergiversatur et restitat. Uno verbo, ille viget ubique, hic torpet ubique.	886. Ὅσον ἀνδρεῖος τοῦ ἀποδειλιῶντος διαφέρει· ὁ μὲν τὸ καθῆκον ἐπιμελῶς καὶ ἐσπουδασμένως πράττει, ὁ δὲ ἀπάντων ἀποσπουδάζει· ὁ μὲν μηδὲν ἀναβαλλόμενος τὸ δέον πράττει, ὁ δὲ ἀμβολιεργὸς εἰς τὴν ὑστεραίαν πάντα ἐκκρούει· ὁ μὲν τῇ καλῇ προαιρέσει βεβαίως ἐμμένει, ὁ δὲ ἀβέβαιος καὶ ταχύβουλος αὐτῆς ἐξίσταται. καὶ συνελόντι γ᾽ εἰπεῖν, ὁ μὲν παταχοῦ ἀκμάζει, ὁ δὲ ναρκᾷ καὶ ἀναισθήτως ἔχει.	ἀμβολιεργός (sc. ἀνήρ), ὁ — cunctator. ἀνδρεῖος — fortis, magnanimus. ἀποσπουδάζω — negligo. βεβαίως — firmiter. διαφέρω — differo ab aliqua re, intersum inter aliquid. ἐμμένω — permaneo in aliqua re. ἐξίστημι — ab aliqua re discedo, desisto. ἐσπουδασμένως — sollicite. ναρκάω — torpeo. προαίρεσις, ἡ — propositum, institutum. συνελόντι γ᾽ εἰπεῖν — ut breviter dicam, uno verbo. συναιρέω — contraho. τάχος — celeritas. εἰς τὴν ὑστεραίαν — in crastinum. ὑστεραῖος — postridianus.
887. Desidibus et otiosis semper feriae sunt. Etiam profestis diebus juxta ac feriatis otiantur et vagantur.	887. Τοῖς ὀκνηροῖς, καὶ σχολὴν ἄγουσιν ἀεὶ ἑορταί εἰσιν, οἵγε ἡ μερῶν ἀνεόρτων τε καὶ ἑορτασίμων ῥᾳστωνεύουσι καὶ περιπλανῶνται.	ἀβέβαιος — instabilis. ἄγω — ago. ἀναισθήτως ἔχω — torpeo. ἀνέρτος — non feriatus, profestus. ὀκνηρός — deses, piger, segnis, ignavu. παριπλανῶμαι — circumvagor, oberro. σχολὴν ἄγω — in otio ago, ferias ago. σχολή, ἡ — otium.
888. Navus (gnavus) etiam in otio negotiosus est et pigritiae fugitans.	888. Ὁ δραστήριος καὶ φίλεργος ἐν αὐτῇ τῇ σχολῇ ἄσχολος, τὴν ἀκηδίαν καὶ ἀργίαν φεύγει.	ἀκηδία, ἡ — pigritia, socordia. ἀργία, ἡ — segnities. ἄσχολος — negotiosus. δραστήριος — gnavus. φίλεργος — gnavus, sedulus.
XCI. DE PATIENTIA.	XCI. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΥΠΟΜΟΝΗΣ.	
889. Aerumnosam ac miseram conditionem deplorare quid prodest, si non datur in melius commutare aut ex ea eluctari?	889. Τί συμφέρει τληπάθειαν καὶ ἀθλιότητα ἀποδύρεσθαι, ἀπαλλαγῆς μὴ παρούσης;	ἀθλιότης, ἡ — miseria. ἀπαλλαγή, ἡ — liberatio. ἀποδύρομαι — deploro, conqueror. ἀπαλλαγῆς μὴ παρούσης — quum non datur liberatio. τληπάθεια, ἡ — aerumnosa conditio.
890. Patiens gemit, lacrimatur, flet, non autem plorat, ejulat, lamentatur,	890. Ὁ μακρόθυμος (ὑπομονητικὸς) στενάζει, δακρύει μέν, ἀλλ᾽ οὐκ	ἀπεσκληκὼς τὸ σῶμα — exsiccato corpore. ἀποσκλᾶμαι — aresco. ἀτροφέω — tabesco. δακρύω — lacrymo, ploro.

quiritat, aut aegrimonia fastidiosa se emaciat (emacerat).	ὀλοφύρεται (ὀλολύζει), οὐ κλαυθμυρίζει, οὐ σχετλιάζει, οὐ τὸ σῶμα ἀπεσκληκὼς ἀτροφεῖ (καχεκτεῖ), οὐχ’ ἑαυτὸν κατασκελετεύει.	καχεκτέω — tabesco. κλαυθμυρίζω — ejulo, lamentor. ὀλολύζω — ejulo. ὀλοφύρομαι — ploro, lamentor. στενάζω — gemo. σχετλιάζω — lamentor, quiritor. ὑπομονητικός — patiens.
891. Injurias ulciscendo non rependit aut retaliat, sed aequanimiter tolerat, extenuans potius quam exaggerans.	891. Ἀδικούμενος οὐκ ἀνταδικεῖ, οὐκ ἐκδικεῖ ἑαυτὸν, ἀλλ’ ἀνατλᾷ, μειώσας μᾶλλον ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον τὰ ἀδικήματα δεινώσας.	ἀδίκημα, τό — injuria. ἀμείβομαι — rependo, repono, par pari refero. ἀνταδικέω — vicissim injuriam facio. δεινέω — exaggero. ἐκδικέω — ulciscor. ἐπὶ τὸ μεῖζον — in majus, majorem in modum, magis. μειόω — extenuo. πάνδεινος — gravissimus. πάσχω — patior.
892. Indignatur quidem indigne factis et malevolo obloquitur, sed non effervescit in vindictam (ultionem), nec vehementer invehitur aut stomachatur in quenquam. Infensus est alicui, non infestus.	892. Περὶ μὲν τῶν ἀδικημάτων ἀγανακτεῖ, καὶ τοῖς κακονοῖς ἀντιλέγει, ἀλλ’ οὐκ εἰς ἐκδίκησιν καὶ ὀργὴν ἀναῤῥήγνυται, οὐκ ὀργισθεὶς καὶ πιμπράμενος πικρῶς ἄλλων κατατρέχει (ἐπιλαμβάνεται, εὔοργος μέν, ἀλλ’ οὐκ ἀνιαρός (ἐπιθετικός) ἐστιν.	ἀγανακτέω — indignor, conqueror, moleste fero. ἀναῤῥήγνυμαι — erumpo. ἀντιλέγω — contradico, obloquor. ἐκδίκησις, ἡ — vindicta, ultio. ἐπιλαμβάνομαι — corripio, reprehendo aliquem. εὔοργος — iracundus, qui moderate irascitur, aliquantum iracundus. κακόνους — malevolus. κατατρέχω τινος — insector aliquem, in aliquem invehor. ὀργισθείς — iratus. ὀργίζω — ad iram concito, irrito. πιμπράμενος — ira incensus.
893. Iram cohibere, ignoscere, et condonare culpam, parcere etiam inimicis sedati animi est; exardescere, fremere, furere, minari, maledicere, diras imprecari, impotentis et sui non compotis.	893. Τὴν ὀργὴν κατέχειν, τὴν αἰτίαν συγγινώσκειν, τῶν ἐχθρῶν φείδεσθαι ἀοργησίας ἐστὶν. φλεγμαίνεσθαι, φρυάττεσθαι, μαίνεσθαι, ἀπειλεῖν κακὰ ἄλλοις, καταρᾶσθαι ὁ τοῦ θυμοῦ ἀκρατὴς εἴωθε.	ἀκρατής — impotens. ἀοργησία, ἡ — sedatio animi, animus irae expers, lenitudo. θυμός, ὁ — ira. καταρῶμαι — diras imprecor, male precor. μαίνομαι — furo. φείδομαι — parco alicui. φλεγμαίνομαι — aestuo ira, exaustuo, effervesco. φρυάττομαι — fremo.
894. Impos enim sui est, qui eo usque excandescit, ut se reprimere nequeat.	894. Ὁ τοῦ θυμοῦ κρατεῖν ἀδυνατῶν, τοῦ φρονεῖν ἐξέστηκεν.	ἀδυνατέω — non valeo. ἐξίστημι τοῦ φρονεῖν — decedo a mente. ἐξίστημι — decedo. κρατέω — contineo. τοῦ φρονεῖν ἐξέστηκα — a mente discessi, de statu mentis dejectus sum. φρονέω — mentis sum compos.
895. Generosus autem animus mavult mitis esse	895. Ὁ δὲ γενναῖος τὴν πραότητα τῆς ὠμότητος,	ἀπήνεια, ἡ — crudelitas, saevitia, feritas. γενναῖος — generosus,

quam atrox, mansuetus quam ferus, benignus quam truculentus (trux), palacabilis quam dirus.	τὴν ἠπιότητα τῆς ἀγριότητος, τὴν χρηστότητα τῆς ἀπηνείας, τὴν εὐαρέστησιν τῆς ὀργιλότητος προαιρεῖται.	magnanimus. ἐκλεικτόν, τό — ecligma, illinctuo. εὐαρέστησις, ἡ — placabilitas, lenitas. ἠπιότης, ὁ — lenitas. ὀργιλότης, ἡ — iracundia. πρᾳότης, ἡ — lenitas, mansuetudo. προαιρέω — praefero. χρηστότης, ἡ — benignitas. ὠμότης, ἡ — crudelitas, saevitia.
896. Saevitia enim, immanitas, et crudelitas (quam mulcere non possis) belluina est. Necessitas autem durum telum.	896. Ὠμότης, ἀπανθρωπία δυσχείρωτος καὶ δυσμείλικτος, θηριῶδες· ἡ δ’ ἀνάγκη βιαιότατον.	ἀπανθρωπία, ἡ — inhumanitas. βίαιος — violentus, durus. δυσμείλικτος — implacabilis. δυσχείρωτος — invictus, inflexibilis.
XCII. DE CONSTANTIA.	XCII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΣΤΑΘΕΙΑΣ.	
897. In honesto instituto immote atque firmiter persistere constantiae est; non perseverare, levitatis.	897. Ἡ σταθηρότης ἰσχυρῶς τῇ καλοκἀγαθίᾳ ἐμμένει, ἡ δὲ κουφότης ἀεὶ ἀστατεῖ.	ἀστατέω — instabilis sum. εὐστάθεια, ἡ — constantia, firmitas animi. καλοκἀγαθία, ἡ — probitas, honestas, honestum. κουφότης, ὁ — levitas. σταθηρότης, ἡ — constantia.
898. Sed heus, aliud est constantem, aliud pervicacem esse.	898. Πολὺ τὸ εὐσταθεῖν τοῦ φιλονεικεῖν διαφέρει.	τὸ εὐσταθεῖν — constantia. εὐσταθέω — constans sum. τὸ φιλονεικεῖν — pervicacia. φιλονεικέω — sum pervicax.
899. Si quis te bonitati deditum labefactare indeque divellere attentet, obfirma animum et obstina usque dum obstacula perrumpas et perfringas.	899. Ἐπιχειροῦντός σέ τινος καλῆς προαιρέσεως ἐκκρούειν, τῆς γνώμης ἀμεταβλήτως καὶ ἀμεταπείστως ἔχε, ἕως ἂν ἅπαντα ἐμποδίσματα ἐκκόψῃς καὶ ἀπωθῇς.	ἀμεταπείστως ἔχω — haud patior me in aliam sententiam adduci. ἀπωθοῦμαι — repello, depello. ἐκκρούω — amolior aliquem eb aliqua re. ἐμπόδισμα, τό — impedimentum, obstaculum.
900. Caeteroqui rata irrita reddere dedecet.	900. Ἀπρεπὲς τὸ κυρωθὲν ἀποκυροῦν.	ἀποκυρόω — irritum facio, aboleo. ἀπρεπής — indecens, indecorus.
XCIII. DE AMICITIA ET HUMANITATE.	XCIII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΦΙΛΙΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΣ.	
901. Si conversationem tuam ei quicum versaris vis esse amabilem, esto inferioribus humanus et affabilis, erga aequales officiosus, superioribus venerabunde obediens. Ita inibis gratiam.	901. Εἰ τὴν συμβίωσιν τῷ συμβιωτῇ ἐπιτερπῆ θέλεις εἶναι, εὐπροσήγορον καὶ φιλάνθρωπόν σε τοῖς ἥττοσι, θεραπευτικὸν τοῖς ὁμοτίμοις, ὑπήκοον σὺν αἰδοῖ τοῖς κρείττοσι πάρεχε, καὶ πάντων οὕτως	ἐπιτερπής — amabilis, jucundus. εὐπροσήγορος — affabilis, comis. ἥττων — inferior. θεραπευτικός — officiosus. κρείττων — superior. κτῶμαι — ineo. ὁμογάστριος — uterinus. ὁμότιμος — aequalis, conditione par. παρέχω — exhibeo, praesto. ὑπήκοος, ὁ — obsequens, obediens, dicto audiens.

	εὔνοιαν κτήσῃ.	φιλανθρωπία, ἡ — humanitas. φιλάνθρωπος — humanus, benignus, comis. φιλία, ἡ — amicitia.
902. Si quem convenis aut praeteris, amanter salutare, salutantem vero resalutare, discedentem abs te tibique valedicentem aliquousque comitari, ne dedignator.	902. Ἐπισκεπτόμενος ἢ παρελθών τινα, φιλοφρόνως ἀσπάζου· τὸν δ᾽ ἀσπαζόμενον ἀντασπάζεσθαι, ἢ τὸν ἀποχωροῦντα (ἀπιόντα) προπέμπειν μὴ ἀπαξίου.	ἀντασπάζομαι — resaluto. ἀπαξιόω — dedignor. ἄπιημι — abeo. ἀποχωρέω — discedo. ἀσπάζομαι — saluro. ἐπισκέπτομαι — viso, inviso aliquem. παρέρχομαι — praetereo. προπέμπω — deduco, comitor. φιλοφρόνως — amanter, comiter.
903. Interroganti responde placide, saltem annuendo vel abnuendo (renuendo).	903. Τῷ ἐρωτῶντι χρηστῶς (ἡδέως, μειλιχίως, ἐπιεικῶς) τοὐλάχιστον κατανεύων ἢ ἀπονεύων, ἀποκρίνου.	ἀπονεύω — renuo. ἐπιεικῶς — clementer, placide. ἡδέως — placide. κατανεύω — annuo. μειλιχίως — comiter, blande. τοὐλάχιστον (pro τὸ ἐλάχιστον) — ad minimum, saltem. χρηστῶς — comiter.
904. Loquentem ne interpella. Nescienti tamen aliquid si tibi succurrit, suggere eum qui te opperitur, ne morator.	904. Τὸν λαλοῦντα μὴ διάκοπτε· ἐπιλαθομένῳ τινός, ἐάν σοι εἰς νοῦν ἔλθῃ, ὑπόβαλε. τόν σε προσδοκῶντα μὴ κάτεχε.	διακόπτω — interpello. ἔρχομαι — venio. κατέχω — detineo, moror. προσδοκάω — exspecto, operior. ὑποβάλλω — suggero.
905. Cuicunque gratificari potes ulla re, ne refragator aut gravator, vel gratis (gratuito) si expetat opitulans.*	905. Καδδύναμιν χαρίζεσθαι καὶ βοηθεῖν τοῖς δεομένοις, κἂν ἀμισθὶ μὴ κατόκνει.	ἀμισθί — sine mercede, gratis. βοηθέω — auxilior, adjuvo. κατοκνέω — gravor. χαρίζομαι — gratificor.
906. Si quis indiget consilio, consule; si consolatione, consolare; si subsidio, subveni et auxiliare, nec moras nocte; si suffragio, suffragare. Sic omnium demereberis benevolentiam et favorem. Aegrotos autem visitare et solari praecipue theologorum est.	906. Τῷ ἐνδεεῖ βουλῆς συμβούλευε, παραμυθίας, παραμυθοῦ, βοηθείας, βοήθει, μηδεμίαν διατριβὴν ποιούμενος, χειροτονίας, χειροτόνει, καὶ ἅπασι φιλιάσεις. τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπισκέπτεσθαι, καὶ παραμυθεῖσθαι πρὸς θεολόγων μάλιστά ἐστιν.	βοήθεια, ἡ — auxilium. διατρίβη, ἡ — mora. ἐνδεής (sc. ἀνήρ), ὁ — qui eget. θεολόγος, ὁ — theologus, rerum divinarum peritus. ποιοῦμαι — facio. συμβουλέω — consulo, consilium do. φιλιάζω — amicus fio, amicitiam et gratiam alicujus ineo. χειροτονέω — alicui suffragor. χειροτονία, ἡ — suffragium.
907. Laesit te quis? Connive, et suffundes eum rubore. Si poenitet fecisse, da veniam, et oppido eum tibi devincies ac obstringes.	907. Ἔβλαψέ σε τίς; μὴ προσποιοῦ, καὶ ἐρυθριάσει. εἰ αὐτῷ ὧν ἥμαρτεν μεταμέλει, σύγγνωθι, τότε βεβαιότερον φίλον ἕξεις.	βέβαιος — constans. ὧν ἥμαρτον μεταμέλει — peccati poenitet. μὴ προσποιοῦμαι — dissimulo. προσποιοῦμαι — prae me fero.
908. Si quem ipsemet	908. Προσκρούσας τινὶ	ἀπεύχομαι — deprecor, veniam

offendisti, eum alloqui (affari), pacare, placare, iram ejus deprecari, eique reconciliari, ne pudeat. Non dicis ergo, sed serio.	μὴ αἰσχύνου δεξιοῦσθαι, προσαγορεύειν, εἰς διαλλαγὰς χωρῆσαι, ἀπεύχεσθαι, οὐκ αφοσιώσεως ἕνεκα, ἢ κατ' ἐπιπολῆς, ἀλλὰ σπουδῇ.	peto. ἀφοσιώσεως ἕνεκα — dicis causa. δεξιοῦμαι — alloquor, adorior, compello. εἰς διαλλαγάς χωρέω — in gratiam redeo. διαλλαγή, ἡ — gratiae reconciliato. ἐπιπλῆς — in superficie. κατ' ἐπιπολῆς — obiter, ad speciem, specie externa. προσαγορεύω — compello, alloquor. προσκρούω — offendo. σπουδῇ — serio. χωρέω εἰς διαλλαγάς — in gratiam redeo. χωρέω — procedo.
909. Simultatem inveterascere non sines, ne in odium transeat.	909. Τὴν ἔχθραν οὐκ ἔα παλαιοῦσθαι, ἵνα μὴ μίσος ἀποβῇ.	ἔχθρα, ἡ — inimicitia, simultas. παλαιοῦμαι — inveterasco.
910. Contubernales et convictores concors unanimitas condecet. Qui enim aliter in contubernio vel in convictu una versabuntur?	910. Τοῖς συμβιωταῖς ὁμόνοια πρέπει, πῶς ἂν ἄλλως συμβιοῦν δύναιντο;	ὁμόνοια, ἡ — concordia. πῶς — qui, quomodo. συμβιόω — una vivo.
911. Dissensiones ac dissidia quin intercedant quandoque et oboriantur haud est possibile. Sed concordia redintegranda est tolerantia mutua, et dissidentes per ultro citroque commeantes proxenetas conciliandi, ut sopitis discordiarum flabris unanimes et perseveranter concordent.	911. Οὐκ ἐνδέχεται τοὺς ὁμοτραπέζους, ὅλως μὴ στασιάζειν, διαφέρεσθαι, ἑτεροδοξεῖν· δεῖ οὖν ὡς τάχιστα τὴν χάριν καὶ ὁμόνοιαν ἀνανεοῦν.	ἀνανεόω — renovo, reparo. διαφέρομαι — differentio, sum discors. ἑτεροδοξέω — dissentio, diffideo. ὁμοτράπεζος — convictor, sodales. στασιάζω — dissideo, contendo. χάρις, ἡ — amicitia, benevolentia.
912. Felices successus habet aliquis? Ne limis eum specta. Fave illi potius. Infortunium? Commiserare. Misericordis enim est miserorum misereri.	912. Εὐτυχεῖ τίς; μὴ φθόνει, μᾶλλον δ' εὐφήμει. ἀτυχεῖ; ἐλέει· πρὸς ἐλεήμονος τοὺς ἀθλίους ἐλεεῖν.	ἄθλιος — miser. ἐλεήμων — misericors.
913. Veracitati imprimis stude. Mendacio nil tetrius. Qui comminiscitur quod mentiatur exosus est.	913. Τὴν ἀλήθειαν ἀγάπα (περὶ αὐτὴν σπούδαζε)· ψεύδους γὰρ οὐδὲν σχετλιώτερον καὶ	αλήθεια, ἡ — veritas. βδελυρός — foedus, abominabilis, teter. ἐπινοέω — comminiscor, excogito. μιαιρός — scelestus.

	βδελυρώτερον· ὁ τὰ ψευδῆ ἐπινοῶν μιαρός ἐστιν.	σχέτλιος — scelestus. ψεῦδος, τό — mendacium.
914. Si quid tibi innotuit quod pervagatum non est, ne enuncia antequam percrebrescat. Multo minus si secreti quid commissum est divulga, ne resciscat illud a te alius, etiamsi curiose percontetur. Tace, inquam, mussa (mussita). Taciturnitas tua nemini incommodabit, te vero apprime commendabit.	914. Εἰδώς τι τῶν κρυφίων, μὴ μήνυε, πρὶν ὑφ' ἁπάντων θρυλεῖσθαι, πολὺ δὲ ἧττον τὰ παρακεκαλυμμένα τῷ λόγῳ διαδίδου, ἢ στηλίτευε, καίπερ ἄλλων περὶ τούτων πολυπραγμονοῦντων. σίγα φημί. σιγὴ ἀλβλαβής σε ὠφελήσει.	ἀβλαβής — innocuus. διαδίδωμι τῷ λόγῳ — sermonibus divulgo. διαδίδωμι — dissemino, dispergo. θρυλλέω — sermone jacto. κρύφιος — occultus, reconditus. λόγος, ὁ — sermo. μηνύω — enuncio. παρακαλυμμένον — secretum. παρακαλύπτω — operio, celo. πολυπραγμονέω — diligenter et sollicite inquiro, percontor, sciscitor. στηλιτεύω — manifesto. φημί — inquam.
915. Inter hilares tetricus ne sis, nec tamen effuse laetus.	915. Ἐν ἱλαροῖς μὴ σκύθραζε, οὐδ' ὑπερχάρηθι.	σκυθράζω — vultu sum tetrico et moesto. ὑπερχαίρω — effuse laetor.
916. Nec in alios dicax esto. Si quid sermocinando lepidi ac festivi admisces, sales sint, non cavilla; allude, non vellica, ne quem praesentium lacessas, absentium calumnieris.	916. Μὴ γίνου φιλοσκώμμων. χαριεντίζεσθαι χρὴ οὐ σκώπτειν. μὴ παρόντα τινὰ ἐρέθιζε, μηδ' ἀπόντα λοιδόρει.	βραβεῖον, τό — brabellum, victoriae praemium. λοιδορέω — calumnior, obtrecto. φιλοσκώμμων — dicax, ad dicteria dicenda promptus. χαριεντίζομαι — jocor, lepida urbanitate utor.
917. Nam jurgari et de lana caprina (quod ajunt) rixari (vitilitigare) agrestium est ac vitilitigatorum; criminari et deferre, susurronum et scurarum; convitiari et contumelia afficere (convitiis urgere, verberare), nebulonum.	917. Τὸ ἐρίζειν περὶ τῶν τυχόντων, καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν οἱ ἄγροικοι καὶ δικοῤῥάφοι, διαβάλλειν οἱ προδόται, μυθηταί, στασιασταί, περισύρειν, ἀποκναίειν, ὠθίζειν κοπρολόγοι καὶ χλευασταί, λοιδορεῖν, λωβεύειν οἱ τρισεξῶλαι (τριξῶλαι*) καὶ τριωβολιαῖοι (τριοβολιμαῖοι*) ἀλάστορες εἰώθασιν.	ἀγροικός — difficilis, morosus. ἀλάστωρ, ὁ — scelestus, nebulo. ἀποκναίω — affligo, turbo, moerore afficio aliquem. διαβάλλω — defero, calumnior, criminor. δικοῤῥάφος, ὁ — vitilitigator, qui de qualibet causa litem movet. ἐρίζω — jurgor, contendo, rixor. κοπρολόγος, ὁ — scurra. λωβεύω — contumelia afficio alterum. μυθητής, ὁ — susurro. περισύρω — obtrecto, probris et conviciis laedo alios. προδότης, ὁ — delator, susurro. στασιαστής, ὁ — diffidiorum sc. contentionum auctor. στενολεσχέω περὶ καπνοῦ — de lana caprina contendo. στενολεσχέω — de rebus frivolis centendo. τριξώλης (sc. ἀνήρ), ὁ — nebulo, homo perditus; cf. τρισεχώλης. τριοβολιμαῖος (sc. ἀνήρ), ὁ — nullius pretii homo; cf. τριοβολιαῖος, τριωβολιαῖος,

		τριωβολιμαῖος. χλευαστής, ὁ — sannio, scurra. ὠθίζω — vexo.
XCIV. DE CANDORE.	XCIV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΚΕΡΑΙΟΤΗΤΟΣ.	
918. Cum quo necessitudo (familiaritas) tibi est, erga illum apertus sis sine fraude (techna) doloque (fallacia). Amicum enim fautoremque fraudare et fallere, quae gloria?	918. Φιλιωθεὶς τινι ἀκάκως, ἀπλάστως, ἀδόλως αὐτῷ συμβίου· τίς γὰρ δόξα φίλον καὶ εὔνουν ἄνδρα κατασοφίζεσθαι;	ἀδόλως — sincere, candide. ἀκάκως — pure, simpliciter. ἀκεραιότης, ἡ — simplicitas, integritas. ἀπλάστως — simpliciter, candide. δόξα, ἡ — gloria. εὔνους — bene affectus erga aliquem, benevolus. κατασοφιστέω — eludo, fallo, circumvenio. συμβιόω — ago cum aliquo. φιλιωθείς τινι — si cum aliquo tibi amicitia est. φιλιόω — concilio, amicum reddo.
919. Fideli socio fidus esto, nec clam illo quasi furtim in ejus fraudem quicquam occipe. Nam versipellis qui perfide agit sibi perditionem machinatur.	919. Πιστῷ ἑταίρῳ ἀκίβδηλος καὶ ἀνύπουλος γίνου. ὁ ἀνδροκόβαλος γὰρ καὶ πανοῦργος ἑαυτῷ κακὸν μηχανᾶται.	ἀκίβδηλος — fidus, sincerus. ἀνδρακόβαλος*, ὁ — versipellis, fere πολύτροπος vel πανοῦργος. ἀνύπουλος — sincerus, candidus. ἑταῖρος, ὁ — sodalis.
920. Si quid in quopiam taxandum est, non clam illo fiat sed coram in os, modo tempestive absque acrimonia et amarulentia.	920. Οὐκ ἀπόντος ἀλλὰ παρόντος εὐκαίρως ἄνευ πικρότητος ἐπιλαμβάνου.	παρών — praesens.
921. Ab amicitia nihil alienius assentatione.	921. Οὐδὲν τῆς κολακείας τῇ φιλίᾳ ἐναντιώτερον.	ἐνδιαφορέω — alienus a re sum. κολακεία, ἡ — assentatio, adulatio.
922. Conspicaris crimen? Ne dissimula, sed mone, increpa, objurga illius reum. Etenim cur id te non cernere simules?	922. Ὁρᾷς τι ἔγκλημα; μὴ πρόσχημα ποίει, μᾶλλον δὲ νουθέτει, ἐπιτίμα, διά τι μὴ ὁρᾶν προσποιήσαιο;	ἔγκλημα, τό — turpe factum, facinus malum. ἐπιτιμάω — increpo, objurgo. νουθετέω — corripio, increpo, objurgo. προσποιοῦμαι — simulo. πρόσχημα ποιέω — dissimulo. πρόσχημα, τό — velamentum.
923. Si proximus deliquit, aperte corripe et corrige. Adulari versutorum et impostorum est.	923. Τὸν πέλας ἁμαρτόντα φανηρῶς ἐπίπλησσε καὶ ἐπανόρθου, τὸ κολακεύειν κερκώπειον.	ἀποκρίνομαι — respondeo. ἐπιπλήσσω — corripio, increpo. κερκώπειος, ὁ — veteratorius, impostorum proprius.
924. Si quis utilia loquitur, assentire. Sin inutilia, ne assentare.	924. Τῷ χρήσιμα λαλοῦντι συντίθεσο, τῷ δ’ ἄχρηστα φλυαροῦντι νοῦν οὐ πρόσεχε.	ἄχρηστος — inutilis. νοῦς, ὁ — animus. νοῦν προσέχω — attendo. προσέχω — adverto, adhibeo. φλυαρέω — nugor, garrio, blatero.

925. Palpum et offucias insidiosis ac perfidis relinque; deblaterationes ac nugas loquaculis et nugivendis. Tu candide, sincere, et prudenter omnia age atque loquere.	925. Θωπείαν παρευρέσεις τοῖς ἐπιβουλευταῖς καὶ ἐπιόρκοις, λήρους, στωμύλματα τοῖς φλυάροις καὶ δημοκόποις λεῖπε· σὺ ἁπλῶς, ἀκιβδήλως, φρονίμως πάντα πράττε.	ἀκιβδήλως — sincere, pure. ἁπλῶς — candide, sincere. δημοκόπος, ὁ — artifex. θωπεία, ἡ — adulatio, blanditiae. λῆρος, ὁ — nugae, ineptiae, deliramentum. παρεύρεσις, ἡ — offuciae. στώμυλμα, τό — nugae, blateratio. φλύαρος, ὁ — nugator, stultiloquus.
926. Veritatem ingenue fateri ne verecundator, prout ejus tibi conscius es. Cur enim adjurari velis?	926. Τὴν ἀλήθειαν μὴ αἰσχύνου κατὰ τὸ συνειδός, ἐλευθέρως ὁμολογεῖν, διατί ὁρκίζεσθαι θέλεις;	αἰσχύνομαι — erubesco, vereor. ἐλευθέρως — libere. ὁρκίζω — adjuro. συνειδός, τό — rei conscientia.
927. Quorum tibi nondum exploratus est candor, eis familiarem te non exhibebis. Caeteroquin contemptum incurres (despicatui habeberis).	927. Πρὸς ἐκείνους, ὧν ἁπλότητα οὐκ ἀκριβῶς κατέμαθες, φιλίαν οὐ σύνθες, ἄλλως γε εὐτελὴς καὶ ἀπόβλητος ἔσῃ.	ἄλλως γε — caeteroqui. ἀπόβλητος — despectus. ἡ ἁπλότης — candor. πρός — cum.
928. Ignotis blandiri noli, ne te sibi insidiari existiment et imposturam extimescant.	928. Τοὺς ἀγνώστους μὴ θώπευε, ἵνα μή σε ἀρεσκευόμενον ἐπιβουλεύειν αὐτοῖς ἡγούμενοι παραγωγὴν φοβοῖντο.	ἀρεσκεύομαι — comiter cum aliquo ago, blandior alicui. ἐπιβουλεύω — insidior. ἡγοῦμαι — existimo. θωπεύω — adulor, blandior. παραγωγή, ἡ — deceptio, impostura. φοβοῦμαι — expavesco, formido.
XCV. DE CONVERSATIONE ERUDITA.	XCV. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΠΑΙΔΕΥΜΕΝΗΣ ΟΜΙΛΙΑΣ.	
929. Cui ab occupationibus vacat, vadat ad congerronem. Eum tamen cui invisus es ne invisas, sed missum facias.	929. Σχολάζων συνομίλῳ τινὶ πρόσιθι, τὸν δὲ μισοῦντά σε μὴ ἐπισκέπτου μακρὰ χαίρειν αὐτῷ μᾶλλον φράζε.	μακρὰ χαίρειν φράζω — longum valere dico alicui, aliquem longum valere jubeo. ὁμιλία, ἡ — conversatio, cosuetudo. πρόσειμι — accedo, adeo. σχολάζω — otium habeo. φράζω μακρὰ χαίρειν τινι — alicui longum valere dico, aliquem longum valere jubeo. φράζω — dico. χαίρειν φράζω — valedico, valere jubeo.
930. Cujas sit dilectus sodalis, nobilis aut ignobilis, ignominiae tibi ne ducas, dummodo sit frugi, et ad ingenium tuum congruat. Infamibus ne te	930. Οὐκ ἐπονείδιστον ἡγοῦ τὴν τοῦ ἀλλογενοῦς καὶ δημοτικοῦ ἀνδρὸς ἑταιρίαν, εἰ χρηστὸς καὶ ἁρμοστός σοί ἐστιν. τοῖς δ’ἀτίμοις μὴ προσομίλει.	ἀλλογενής — peregrinus. ἄτιμος — infamis. δημοτικός — ignobilis. ἐπονείδιστος — contumeliosus. ἑταιρία, ἡ — sodalitium. προσομιλέω — versor, congredior, consuetudinem habeo cum aliquo.

conjungas.		
931. Sodalitia dissoluta et nauci devita. Vitiant enim mores.	931. Τὰς ἑταιρίας ἀνειμένας παραιτοῦ. τὰ γὰρ ἤθη χρηστὰ φθείρουσιν.	ἀνειμένος — dissolutus, ab ἀνίημι remitto. ἦθος, τό — mos. παραιτοῦμαι — evito.
932. Docti deambulationibus delectantur sive meditandum est sive confabulandum.	932. Οἱ λόγιοι μελετῶντες ἢ διαλεγόμενοι περιπάτοις χαίρουσιν.	διαλέγομαι — colloquor, confabulor. λόγιος — doctus, eruditus. μελετάω — meditor.
933. Cum in aprico spatiari taesum est, considetur in umbra.	933. Ἀχθόμενος τῷ ἐν ἐυηλίῳ περιπατεῖν, ἢ ἡλιάζεσθαι, ἐν εὐσκίῳ κάθησο.	ἀχθόμενος τῷ περιπατεῖν — si ambulare taesum est, taedio captus ambulandi. ἄχθομαι — me taedet. ἐν εὐσκίῳ (sc. τόπῳ) — in umbra. εὔσκιος — opacus. ἔφηλος — apricus, soli expositus. ἡλιάζομαι — apricor, in aprico versor. περιπατέω — ambulo, spatior. περίπατος, ὁ — ambulatio, deambulatio.
934. Nae pulchrum et scitum est, cum dissitis colloqui et quidvis significare posse non per nuncios sed per internuncias literas.	934. Κάλλιστον τοῖς ἀποῦσιν συνδιαλέγεσθαι, οὐδ᾽ αὐτοῖς διὰ γραμματοφόρων, ἀλλὰ γραμμάτων ἅπαντα μηνύειν.	γράμμα, τό — littera. μηνύω — nuncio, significo. συνδιαλέγομαι — colloquor cum aliquo.
935. Antiqui in tabellis ceratis (ut deteri aut deleri scriptura posset) exarabant, et cum iis tabellarios mittebant. Nobis papyrus et atramentum commodius inserviunt.	935. Οἱ παλαιοὶ ἐν κηρώμασι τὰ γράμματα διατυποῦντες τοῦ ἐξαφανίζειν, σὺν αὐτοῖς τοὺς γραμματοφόρους ἀπέστειλαν· ἡμεῖς δὲ τοῦ χάρτου καὶ μέλανος πλεῖον ὀνάμεθα.	διατυπόω — inscribo. ἐξαφανίζω — deleo. κήρωμα, τό — tabella cerata. μέλαν, τό — atramentum. ὄναμαι πλεῖον — commodius utor. ὄναμαι — commode utor. πλεῖον — plus.
936. Epistola longa complicata ne legi queat, nisi ab eo cui destinatur, obsignatur sigillo, resignanda (nisi intercipitur) illi ad quem inscriptio spectat.	936. Ἡ ἐπιστολὴ μακρὰ ἐπτυγμένη, ἵνα μὴ ἀναγνωσθῇ πλὴν ὑπ᾽ ἐκείνου, οὗ ὄνομα ἐπιγραφθὲν ἔχει, τῇ σφραγῖδι σφραγίζεται, ταύτην ἐκεῖνον δεῖ ἀποσφραγίζειν, ὃν ἐπιγραφὴ δείκνυσιν.	ἀποσφραγίζω — obsigno. δείκνυμαι — indico. ἐπιγραφή, ἡ — inscriptio. ἐπιγράφω — inscribo. ἐπιστολή, ἡ — epistola. πατρωνυμικὸν ὄνομα, τό — agnomen. πτύσσω — complico. σφραγίζω — obsigno. σφραγίς, ἡ — sigillum, signum.
937. Cognomen intus subscribitur una cum	937. Τὸ ὄνομα, ἐπώνυμον, πατρωνυμικὸν προστίθεται	ἀϊδιότης, ἡ — aeternitas. ἐπώνυμον, τό — cognomen, ab ἐπώνυμος —ον.

praenomine et agnomine, si tanti sit.	εἰ δοκεῖ.	ὄνομα, τό — nomen. προστίθημι — appono.
938. Schedula non sigillatur.	938. Ἡ σχέδη ἀσφράγιστός ἐστιν.	ἀσφάγιστος — non signatus.
XCVI. DE LUDICRIS.	XCVI. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΙΓΝΙΩΝ.	
939. Ne labascant fragiles vires aut elanguescant, a seriis quandoque cessa et cum coaetaneis (dispares enim non bene sociantur) defatigatum te ludicris recrea et relaxa.	939. Ὅπως μὴ ὀλιγοδρανίᾳ καὶ παρακμῇ παρανευρισθεὶς ἀποκάμνῃς (ἐξαδυνατῇς, ἐξασθενίζῃ), τῶν σπουδαίων ἐνίοτε ἀπεχόμενος τοῖς ὁμήλιξι (οἱ μὴ ἥλικες σπανίως ἀλλήλοις σύνεισι) συμπαίζει, καὶ σεαυτὸν ἐξασθενιζόμενον (ἀσθενούμενον) συλλέγου καὶ ἀνακομίζου.	ἀλλήλοις — inter se. ἀνακομίζομαι — recreo, reficio. ἀσθενοῦμαι — langueo. ἐξαδυνατέω — viribus deficior, languesco. ἐξασθενίζομαι — elanguesco, debilitor, viribus deficior. ἧλιξ — aequalis, coaetaneus. ὀλιγοδρανία, ἡ — imbecillitas. ὁμῆλιξ — coaevus, aequalis. παίγνιον, τό — ludus, lusus. παρακμή, ἡ — languor, vigoris remissio. παρανευρίζω — enervo. σπανίως — raro. σπουδαῖος — serius. συλλέγομαι ἐμαυτόν — colligo, reficio me. συμπαίζω — ludo cum aliquo. σύνειμι — congredior, coeo.
940. Spectacula enim delectant, commotio vegetat.	940. Τὰ θεάματα τέρπει, ἡ κίνησις ζωγρεῖ.	ἁρπαστόν, τό — harpastum, genus pilae gradioris. ζωγρέω — suscito, refocillo. θέαμα, τό — spectaculum.
941. Facetiis, dicteriis, ac aenigmatibus certare ingeniosum est:	941. Εὐτραπελίαις, ἀποφθέγμασιν, αἰνίγμασιν ἐπιστρεφῶς, ἁμιλλᾶσθαι διορατικόν, καὶ ἀγχίνουν·	αἴνιγμα, τό — aenigma. αἰώρησις, ἡ — oscillatio, lusus genus, quo pueri religatis altrinsecus de tigno arboreve restis librantur. ἄκτινος, ὁ — sambuceus. ἁμιλλῶμαι — certo. ἀποδιδράσκινδα, ἡ — apodidrascinda, lusus puerorum quo obstructis ei qui in medio sedet oculis, caeteri in latebras sese abdunt, mox dato signo dum ille latentes vestigat, hi ad sedem ejus tanquam ad metam se recipientes praevertere illum satagunt. ἀσκολιασμός, ὁ — ascoliasmus, puerorum ludus ubi altero pede in aere librato, unico pede subsiliunt. ἀστράγαλος, ὁ — talus lusorius. βασιλίνδα, ἡ — (adv.*, indecl.) basilinda, lusus perorum in quo aliquis sorte rex factus facienda imperat. διορατικός — ingeniosus. ἔθος, τό — mos, consuetudo.

		Ἔμπυσα, ὁ — Empusa, spectrum uno pede ingrediens, quod ab Hecate miseris immitti atque in varias formas se mutare credebatur. ἐπαλάττω τοὺς δακτύλους — digitis mico, digitis ab utroque ludentium aliis elatis aliis depressis divinor, paresne numero an impares sint ab utroque levati. ἐπαλλάττω — permuto. ἐπιστρεφῶς — diligenter, naviter. ἐργώδης — operosus. εὐτραπελία, ἡ — facete dictum, facetiae. Ἰταλιώτης, ὁ — Italus. κινδαλισμός, ὁ — cindalismus, lusus genus quo pueri paxillos in terram uliginosam et mollem adigunt et stantes prosternere student. κύβος, ὁ — tessera. κυβυετικός — aleatorius. κῶνος, ὁ — conus quo ludimus. κώρυκος, ὁ — folliculus, pila major inflata. μυΐνδα, ἡ — myinda, lusus puerilis ubi puer obductis oculis fugientes tantisper inquirit, pulsatus interim, dum prehenderit aliquem. παίδειος — puerilis. παιστικός — lusorius. πεσσονομέω — latrunculis ludo. πεσσός, ὁ — talus, tessera, scrupus sc. calculus lusorius. στρόμβος, ὁ — turbo. στύπινος, ὁ — stupeus. σφαῖρα, ἡ — pila. σφαιρίδιον, τό — globulus. σφαιριστήριον, τό — sphaeristerium, locus in quo pila luditur. τηλεβόλος σφαιριδίων στυπίων — globulos stupeos. τηλεβόλος — longe jaculans. τροχός, ὁ — trochus, instrumentum lusorium. φαινίνδα, ἡ — phaeninda, pila impostoria, quando pila uni ostensa alteri adjicitur. φυσητήρ, ὁ — fistula.
pila,	σφαίρᾳ,	
harpasto (qui minor est folle et major paganica),	ἁρπαστῷ,	
impostoria,	κωρύκῳ,	
sphaera,	φαινίνδᾳ,	
in sphaeristerio,	ἐν σφαιριστηρίῳ,	
conis,	κώνῳ,	

trocho,	τροχῷ,	
turbine,	στρόμβῳ,	
tubulo sambuceo (quo elisa glande stupea strepitum cient),	φυσητῆρι ἀκτίνῳ, καὶ τηλεβόλῳ σφαιριδίων στυπίνων,	
globulis,	σφαιριδίοις,	
myinda,	μυΐνδᾳ,	
par impar,	*	
oscillo (oscillatione),	αἰωρήσει,	
basilinda,	βασιλίνδᾳ,	
apodidrascinda,	ἀποδιδρασκίνδᾳ,	
cindalismo, etc. puerile,	κινδαλισμῷ παίζειν παίδειον·	
chartis (tabulis) lusoriis,	χάρταις παιστικοῖς,	
talis (tesseris), alea, fritillo (pyrgo, turricula), aleatorium,	ἀστραγάλοις (κύβοις, πεσσοῖς), κυβευτικόν·	
micare digitis Italorum.	τοὺς δακτύλους ἐπαλλάττειν Ἰταλιωτῶν ἔθνος.	
Ascoliasmus empusae est. Latrunculis (quibus quidam privilegiarii rusticelli Saxonici in Ducatu Brunswicensi praecellunt) ludere operosum.	ἀσκολιασμὸς παίγνιον ἐμπούσης, πεσσονομεῖν ἐργῶδες.	
942. Ubi si quis ad incitas redigitur, actum est de eo.	942. Πεσσῶν ἐν ἱρᾷ (πλινθίῳ) ἀκινήτων, φροῦδα πάντα.	πεσσῶν ἀκινήτων ὄντων — quum calces sunt incitae, sc. quum quis ad incitas redactus est in lusu calculorum. ἀκίνητος — incitus, immobilis. φροῦδα πάντα — nihil agitur, omnis opera in cassum cadit. φροῦδος — irritus.
943. Choreis et tripudiis lascivi se exercent, ibique ridiculas gyrationes rotant lascivia petulci.	943. Τὸ χορεύειν καὶ πυῤῥιχίζειν (πηδᾶν) ἀκόλαστον καὶ μισητόν.	ἀκόλαστος — lascivius. μισητός — libidinosus. χορεύω — choreas duco, tripudio. ὠκύτατα — celerrime.
944. Grallator grallis gressus spatiosos divaricat.	944. Ὁ καλοβάτης τὰ βήματα ἐπιμήκη ἐπὶ σχαλίδων (καλοβάθρων) βάλλει.	βάλλω τὰ βήματα — gressu facio, profero. βῆμα, τό — gradus. ἐπιμήκης — spatiosus. καλόβαθρα, τὰ — grallae. καλοβάτης, ὁ — grallator, is qui grallis ambulat; cf. ὁ καλοβάμων.
945. Luctatores (athletae) et petauristae sane perquam audaculi sunt:	945. Οἱ παλαισταί, ἀθληταί, πεταυρισταὶ πάνυ τολμηροί·	ἀθλητής, ὁ — pugil, luctator. ἔτι — adhuc. παλαιστής, ὁ — luctator. πεταυριστής, ὁ — petaurista, is qui

audaciores adhuc funambuli (schoenobatae, neurobatae).	τολμηρότεροι ἔτι σχοινοβάται.	per circulos insigni agilitate se convolvit. σχοινοβάτης, ὁ — funambulus. τολμηρός — audax.
946. Cursores a carceribus ad metam curriculo festinant, et primus brabeum aufert.	946. Οἱ δρομεῖς ἀπὸ τῶν βαλβίδων (ἀφετηρίας) πρὸς τὸ τέρμα σπεύδουσιν· ὁ πρῶτος τὸ βραβεῖον λαμβάνει.	ἀφετήρια, τὰ — carceres cursorum. γραμμή, ἡ — carceres, ubi curritur. δρομεύς, ὁ — cursor. τέρμα, τό — terminus, meta.
947. Alii designant (praetendunt) lineam, quam simul ac attigerunt consistunt protinus. Qui ultra procurrerit aut cis (citra) eam substiterit, ludum perdit.	947. Ἄλλοι γραμμήν τινα διαγράφουσιν, ἧς ἁπτόμενοι ὑφίστανται, ὁ δὲ παρατρέχων, ἢ ἐντὸς ταύτης ὑφιστάμενος, νικᾶται.	ἅπτομαι — attingo. παρατρέχω — ultra procurro.
948. In circo equitando, in agone luctando et reluctando uter alterum supplantaret concertabant.	948. Ἐν ἱπποδρόμῳ ἱπποδρομίᾳ, ἐν ἀγωνιστηρίῳ παλαίσματι ἀγκυρίζοντές τε καὶ ὑποσκελίζοντές τε καὶ ὑποσκελίζοντες ἀλλήλους ἠγωνίζοντο.	ἀγκυρίζω — supplanto. ἀγωνίζομαι — certo. ἀγωνιστήριον, τό — locus certaminis, palaestra. ἱπποδρομία, ἡ — cursus equestris. ἱππόδρομος, ὁ — circus, locus ubi equis excurritur. ὑποσκελίζω — subjecto crure everto, supplanto, supposito pede in terram dejicio.
949. Gladiatores et pugiles in palaestra (arena) congrediuntur, lanista directore.	949. Οἱ μονομάχοι καὶ πύκται ἐν παλαίστρᾳ ὑπ᾽ ἀθλοθέτῃ (γυμνασιάρχῃ) μάχονται.	ἀθλοθέτης, ὁ — athlotheta, brabeuta, qui praemia certantibus proponit. μάχομαι — congredior, pugno. μονομάχος (sc. ἀνήρ), ὁ — gladiator. παλαίστρα, ἡ — palaestra, arena, luctae locus. πύκτης, ὁ — pugil.
950. Cum duo digladiantur, est monomachia: et quidem internecinum duellum si ad alterius internecionem.	950. Δυοῖν εἰς τὰς χεῖρας συναπτόντοιν μονομαχία ἐστίν, πανολέθριος ἑτέρου θανόντος.	μονομαχία, ἡ — monomachia, singulare certamen. πανολέθριος — internecinus.
951. Gesticulator (agyrta, praestigiator) actionis mirifica volubilitate (agilitate) oculorum aciem praestringit, et frustratur spectatores. Sed praestigiae sunt, non miracula.	951. Ὁ ὀρχηστὴς (γόης, θαυματοποιὸς) ταχυτῆτι τῆς χειρονομίας καὶ σχηματοποιήσεως τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπατᾷ καὶ θεωμένους φενακίζει. φενακισμὸς (γοητεία) πάντα, οὐ θαύματα.	ἀπατάω — fallo, decipio. γόης, ὁ — praestigiator, gesticulator. θαυματοποιός, ὁ/ἡ — praestigiator. στιγμή, ἡ — punctum, momentum. σχηματοποίησις**, ἡ — gesticulatio; cf. ἡ χειρονομία. τὴν ταχίστην (sc. ὥραν) — actutum. φενακίζω — decipio, fallo. φενακισμός, ὁ — ludificatio, praestigiae. χειρονομία, ἡ — actio manuum.
952. Mimus et histrio personam alterius exprimit,	952. Ὁ μίμος γελοῖον προσωπεῖον ἐνδὺς ἄλλους	οἱ γελοῖοι (sc. ἄνδρες) — ridiculi homines. ἐνδύνω — induo.

persona (larva) ut plurimum obvelatus.	μιμεῖται.	μῖμος, ὁ — mimus, histrio, imitor. μιμοῦμαι — imitor. προσωπεῖον (προσώπιον), τό — persona; cf. ἡ προσωπίς.
953. Comoedia perplexum actum repraesentat, sed cum jucunda catastrophe. Tragoedia tristem habet exitum.	953. Ἡ κωμῳδία δυσχερῆ πράγματα σὺν τερπνῇ καταστροφῇ, ἡ τραγῳδία σὺν γοερᾷ προτίθησιν.	γρερός — luctuosus, flebilis. δυσχερής — perplexus. καταστροφή, ἡ — catastrophe, extrema pars fabulae, exitus. κωμῳδία, ἡ — comoedia. πρᾶγμα, τό — actus, actio. τερπνός — jucundus. τραγῳδία, ἡ — tragoedia.
954. Theatra et amphitheatra tam temporaria quam ad perpetuitatem exaedificata in propatulo sunt. In illis scena sipariis velatur. Orchestra spectationi primariorum, cavea, promiscuae plebeculae dicatur. Pulpitum in proscenio actoribus scenicis accomodatum est. Lucar ab inspecantibus datur.	954. Τὰ θέατρα, ἀμφιθέατρα πρόσκαιρα καὶ μόνιμα ἐν ἐμφανείᾳ ἐστίν. ἡ σκηνὴ περιπετάσμασι καλύπτεται. ἡ ὀρχήστρα τοῖς ἐν ἀξιώματι, τὸ δὲ θεωρητήριον τῷ ὄχλῳ συμμικτῷ ἀνοίγεται. ἡ θυμέλη ἐν προσκηνίῳ, ὅπου οἱ μίμοι θεατρίζουσιν. τὸ θεωρικὸν ὑπὸ τῶν θεωμένων δίδοται.	ἀμφιθέατρον, τό — amphitheatrum, sc. theatrum rotundum. οἱ ἐν ἀξίωματι (sc. ὄντες) — homines dignitate praediti, primarii. ἐμφάνεια, ἡ — propatulum. θεατρίζω — ludos ago. θέατρον, τό — theatrum. θεωρητήριον, τό — cavea, area theatri ubi populi est consessus. θεωρικόν, τό — lucar, quod solvitur ab iis qui ludos spectant. θυμέλη, ἡ — pulpitum, locus scenae editior in quo stant musici. μόνιμος — stabilis, perpetuus. ὀρχήστρα, ἡ — orchestra, locus primarius ad spectandum designatus. ὄχλος, ὁ — plebs. πρόσκαιρος — temporarius. προσκήνιον, τό — proscenium, vestibulum sc. aulaeum scenae. σκηνή, ἡ — scena, theatri pars ubi aguntur fabulae.
955. Bacchanalia larvati et lymphati peragunt.	955. Οἱ νυμφόληπτοι προσωπίδια ἐνδεδυμένοι βακχεύουσιν.	ἄδηλος — incertus. προσωπίς, ἡ — larva; n.b. τὸ προσωπεῖον.
XCVII. DE MORTE ET SEPULTURA.	XCVII. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΑΦΗΣ.	
956. Moribundorum speciale indicium est stertor lethalis, lethargus, et ocelli concidentes.	956. Τῶν ἐπιθανάτως ἐχόντων σημεῖον ὁ λυγμὸς (ῥόγχος) λήθαργος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἔμπτωσις.	ἀληθῶς — vere. ἔμπτωσις ὀφθαλμῶν, ἡ — oculi concidentes. ἐπιθανάτως ἔχων — morti proximus, moribundus. λήθαργος, ὁ/ἡ — torpor lethalis, a λήθαργος —ον. ταυτόν — idem.
957. O mortales, quotusquisque vestrum reputat ab hoc puncto aeternitatem pendere?	957. Ὦ θνητοὶ πόστος τίς ὑμῶν ἐνθυμεῖται ἐκ τῆς στιγμῆς ταύτης τὴν ἀϊδιότητα κρέμασθαι;	πόσος — quotus quisque.

958. Nam ut exspiraveris, interusurio vitae finito, confestim anima ad coelos vel Tartara migrabit.	958. Ὡς τάχιστα γὰρ τοῦ βίου ἀναπαύσῃ, ἡ ψυχή σου εἰς οὐρανὸν ἢ εἰς τάρταρον ἀπελεύσεται.	ἀποπαύομαι τοῦ βίου — vivere desino, vitam finio. ἀποπαύομαι — cesso ab aliqua re. μεθίσταμαι τοῦ βίου — ex vita. μεθίσταμαι — migro, decedo. ταῤῥός, ὁ — crates. ὡς τάχιστα — quantocyus, quam celerrime. ὁ τῇδε βίος — haec vita. τῇδε — hic. Τάρταρος, ὁ — tartarus, profundissimus inferorum locus. ψυχή, ἡ — anima.
959. Funus funestis ritibus adornatum, id est, a pollinctore pollinctum, lugubriter indutum, capulo (loculo, arca) conditum, sandapilae impositum, a vespillonibus effertur.	959. Ὁ νεκρὸς κατὰ τὰ νεκύσια ὑπὸ τῶν ταριχευτῶν (***νεκραλείπτων, Hed., LSJ) ἀλειφόμενος, πενθικῶς ἐνδυόμενος, καὶ εἰς φέρετρον τεθεὶς ὑπὸ τῶν νεκροφόρων ἐκφέρεται.	ἀλείφω — ungo. γραφή, ἡ — actio, accusatio. ἐκφέρω — effero. ἐνδυόμενος — indutus. νεκροφόρος, ὁ — vespillo, is qui mortuos effert. κατὰ τὰ νεκύσια — funeris solemnibus observatis. νεκύσια, ἡ — funeris solemnia. νικραλείπτης, ὁ — pollinctor, is qui mortuos pollingit; cf. ὁ ταριχευτής, ὁ ἐνταφιαστής. πενθικῶς — lugubriter. φέρετρον, τό — capulus, arca, loculus cui mortuus imponitur.
960. Fiunt exsequiae coemeterium versus, pompa funebri: et sepelitur, hoc est, infertur sepulchro (conditivo) atque inhumatur (humo mandatur).	960. Ἡ ἐκφορὰ πρὸς τὸ κοιμητήριον σὺν πομπῇ νομιζομένῃ γίνεται, θάπτεται νεκρός, καὶ χῶμα αὐτῷ ἐπιβάλλεται.	ἐκφορά, ἡ — clatio funeris, exsequiae. θάπτω — sepelio. κοιμητήριον, τό — coemeterium, locus in quo humana corpora humantur. νομιζόμενος — consuetus. πομπή, ἡ — pompa.
961. Prisca antiquitas exanima (demortua, lethata) corpora exstructo rogo (pyra) in ustrina concremabat, conditis urna cineribus et odoratis liquoribus large conspersis. Inde sepulcra busta sunt dicta.	961. Οἱ πάλαι τοὺς νεκροὺς εἰς πυρὰν ἐνθηκάμενοι ἐν καύστρᾳ (***Hed.) κατέπρησαν, τὴν σποδὸν ἐν ὑδρίᾳ (δροίτῃ) τηροῦντες εὐόσμοις χυλοῖς κατέῤῥηναν. ὅθεν οἱ νεκρῶν τύμβοι (***Hed.).	δροίτη, ἡ — urna. ἐντίθεμαι — impono. καταῤῥαίνω — conspergo. καῦστρα, ἡ — ustrinum, locus ubi mortui cremabantur. πυρά, ἡ — pyra, rogus. σποδός, ἡ — cinis. συμβιωτής, ὁ — is quicum versamur, socius. τύμβος, ὁ — bustum, locus ubi combustorum cadaverum cineres defodi solebant. χυλός, ὁ — liquor. χῶμα, τό — cumulus terrae.
962. Eriguntur cippi et epitaphia, epicedia cantantur. Parentatur etiam solemniter sed non nisi optime meritis encomioque evehendis.	962. Αἱ στῆλαι καὶ τὰ ἐπιτάφια ἐπιτίθενται, τὰ ἐπικήδεια ᾄδονται, τὰ νομιζόμενα ἐναγίσματα τοῖς εὐεργέταις καὶ ἐγκωμίου ἀξίοις ἐκτελεῖται.	ἐγκώμιον, τό — laus. ἐνάγισμα, τό — parentatio, justa. ἐπιτάφιον, τό — epitaphium, titulus, inscriptio quae sepulcro imponitur. εὐεργέτης — bene meritus. τράπεζα, ἡ — cippus, tabula cui aliquid memoriae causa

		insculpitur.
963. In gentilismo conductae praeficae plangebant et capillos laniabant, lessis* et neniis lugubribus elogia denati enumerantes.	963. Πάλαι ἐν ἐθνικισμῷ αἱ θρηνήτριαι μεμισθωμέναι ἐθρήνουν, τὸ τρίχωμα ἐκπετασθὲν σπαράττουσαι, ὀλοφυρόμεναι, καὶ τὸ ἐπικήδειον ᾄδουσαι τὸν θανόντα ἐνεκωμίαζον.	ἐγκωμιάζω — laudibus celebro, collaudo. ἐθνικισμός*, ὁ — religio gentilium sc. eorum qui deos fictos colunt. τὸ τρίχωμα ἐκπετασθέν — capilli sparsi. θρηνήτρια, ἡ — praefica, funera, mulier quae olim plangebat mortuos, (vir eiusdem officii ὁ θρηνητήρ). παρεισδύνω — irrepo, intervenio. τρίχωμα, τό — coma, capilli.
964. Et ne manes oberrarent, justa (parentalia) inferiis et feralibus epulis faciebant.	964. Ὅπως δὲ μὴ σκιαὶ πλανῶνται, ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσιν ἐτέλουν.	θρηνέω — plango, lamentor. σκιαί, αἱ — manes. σκιά, ἡ — umbra.
XCVIII. DE PROVIDENTIA DEI.	XCVIII. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ.	
965. Atque ita mors suo interventu finit omnia.	965. Καὶ οὕτως ὁ θάνατος παρεισδὺς πάντα εἰς τέλος ἄγει.	ἄγω — perduco. πρόνοια, ἡ — providentia. εἰς τέλος ἄγω — ad finem perduco, termino, finio.
966. Omnia enim temporalia fluxa, decidua, momentanea, ac transitoria sunt. Exoriuntur et occidunt, nascuntur et denascuntur, succrescunt, decrescunt, et intereunt plane.	966. Ἅπαντα γὰρ χθόνια, ὀλιγοχρόνια, κατάπτωτα, στιγμαῖα, ἀνατέλλει τε καὶ δύεται, φύει καὶ θνήσκει, αὐξάνεται, ἐλαττοῦται, καὶ φθειρόμενα οἴχεται.	ἀνατέλλω — orior. δύομαι — occido, ut sol. ἐλλατοῦμαι — minuor, decresco. ἐλαττόω — minuo. κατάπτωτος — succiduus. οἴχομαι — pereo. ὀλιγοχρόνιος — parum diuturnus, momentaneus, exiguo temporis spatio durans. στιγμαῖος — momentaneus, puncto temporis durans. φύω — orior, exorior. χθόνιος — terrenus.
967. Etiamsi aliquid stabile videatur, vetustate ipsa atteritur, et decedit.	967. Εἰ δὲ τὶ βέβαιον δοκεῖ, τῇ παλαιότητι ἀποτριβόμενον ὄλλυται.	ἀποτρίβω — detero. βέβαιος — firmus, stabilis. παλαιότης, ἡ — vetustas.
968. Vicissitudinibus subitaneis subjacent omnia.	968. Ἅπαντα γὰρ εὐμετάβλητα αἰφνιδίως ἐστίν.	αἰφνιδίως — repente. εὐμετάβλητος — mutabilis.
969. Atheus tamen est qui temere volutari autumat res nostras. Fatali lege divinitus sancita succedunt omnia.	969. Ἄθεός ἐστιν ὁ τ' ἀνθρώπινα μάτην κυλινδεῖσθαι οἰόμενος. ἅπαντα γὰρ κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἀκωλύτως χωρεῖ.	ἄθεος — impius, sacrilegus. ἀκωλύτως — nemine prohibente. εἱμαρμένη, ἡ — fatum, a μείρομαι; cf. ἡ πεχρωμένη, ἡ μοῖρα. μάτην — temere, sine consilio. οἴομαι — opinor, puto, arbitror. χωρέω — succedo, evenio.
970. Fors et fortuna nihil sunt, nisi confictae a gentilibus voculae.	970. Ἡ τύχη οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπλασμένον ῥημάτιον ὑπὸ τῶν ἐθνικῶν.	ῥημάτιον, τό — vocula, verbulum. τυχαῖος — fortuitus. τύχη, ἡ — fors, fortuna.

971. Fortuitos quidem et improvisos casus esse concedo, sed nostri respectu, non providentiae, quae minutissima etiam nutu suo dirigit.	971. Τυχαῖα εἶναι σύμφημι κατὰ τὴν γνῶσιν ἡμετέραν, ἀλλʼ οὐ κατὰ τὴν πρόνοιαν, μέγιστά τε καὶ τʼ ἐλάχιστα κυβερνῶσαν.	γνῶσις, ἡ — cognitio. ἐλάχιστος — minimus. κηρωτός — ceratus. κοιλαίνω — caelo. σύμφημι — fateor, concedo.
972. Nam et capillos nostros numeratos esse testatur salvator, ut ne quidem unicus absque Dei voluntate perire queat.	972. Καὶ γὰρ τὰς τρίχας ἡμῶν ἀριθμηθῆναι ὁ σωτὴρ μαρτυρεῖ, ὡς μηδεμίαν ἄνευ βουλῆς θεοῦ δύνασθαι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πεσεῖν.	βουλή, ἡ — voluntas. θρίξ, ἡ — capillus. μαρτυρέω — testor. σωτήρ, ὁ — servator. ὡς πεσεῖν — adeo ut cadere possit. ὥς cum infin. — ut possit.
973. Ea propter insolitas mutationes, ostenta, prodigia, et portenta antecedunt.	973. Διὰ τοῦτο ταῖς ἀήθεσι καὶ ἀλλοκότοις μεταβολαῖς τὰ φάσματα, τέρατα, σημεῖα προηγεῖται.	ἀηθής — insolitus. ἀλλόκοτος — inusitatus. μεταβολή, ἡ — mutatio.
974. Insunt ergo omina rebus.	974. Οἰωνισμὸς ἅπασιν ἔνεστιν.	ἀπάντων ἀπελαυνομαι — ab omnibus repellor. ἀπελαύνω — repello. ἔνειμι — insum. κατατρύχω — vexo. οἰωνός, ὁ — auspicium, omen.
975. Sed usquequaque ominosa praesagia captare superstitio est. Si tibi Dominus aliquid maniferstare (revelare) dignabitur, non te latebit.	975. Πάντοτε δὲ οἰωνίζεσθαι δεισιδαιμονία ἐστιν. εἰ ὁ κύριός σοί τι φανεροῦν ἀξιώσει, τοῦτό σε οὐ λήσεται.	ἀξιόω — dignor. δεισιδαιμονία, ἡ — superstitio. κύριος, ὁ — dominus. οἰωνίζομαι — praesagia capto. πάντοτε — omni tempore, semper. φανερόω — manifesto, patefacio, aperio.
976. Operae pretium facturus pius esto, et sine intermissione ora. Non te derelinquet ille qui aeque praedestinavit quod cras, perendie (perendino die), et deinceps (posthinc) de te futurum sit, ac quod heri, pridie, et abhinc usque et usque factum est.	976. Προὔργου τὶ διαπραξόμενος, εὐσεβῶν ἀλήκτως θεῷ προσεύχου, ὁ οὐ μόνον τὰ παρεληλυθότα, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα προορίσας, οὔ σε ἀπολείψει.	εὐσεβέω — pietatem colo. προορίζω — praefinio, prius destino, praestituo. προσεύχομαι — precor, oro.
977. Fatum tuum ne anticipa, sed exspecta.	977. Τὸ πεπρωμένον μὴ προλάμβανε, ἀλλὰ προσδέχου (προσδόκα).	πεπρωμένον, τό — fatum.
XCIX. DE ANGELIS.	XCIX. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΩΝ.	
978. Produxit et	978. Ὁ δημιουργὸς τῶν	ἄγγελος, ὁ — angelus.

invisibiles angelos, eosque innumeros (innumerabiles), aeternum numen ad regenda inferiora sibi administros.	ὅλων, ἀγγέλους ἀοράτους, ἀναριθμήτους πρὸς τὴν τῶν κάτω κυβέρνησιν ὑπουργοὺς ἐσομένους ἔκτισεν.	ἀναρίθμητος — innumerabilis. ἀόρατος — non aspectabilis. τὰ κάτω (sc. πράγματα) — res terrenae. κυβέρνησις, ἡ — gubernatio, moderatio.
979. Non quod opis esset indigus, sed quia sic est placitum.	979. Οὐκ ἐνδεὴς τούτων ὤν, ἀλλ᾽ ὅτι αὐτῷ εὐάρεστον τοῦτο γέγονεν.	ἐνδεής εἰμι — indigeo aliqua re.
980. Constituerat hos in coelo supremo (empyreo), sed quidam desciverunt (defecerunt) ab eo per superbiam, deturbatique sunt ad infernum. Quem et Orcum et Erebum et Avernum antiquitus jam olim ethnicismus appellitabat.	980. Ἐν οὐρανῷ καθυπερτάτῳ τούτους κατέστησεν· ἔνιοι δὲ δι᾽ ὑπερηφανίαν αὐτοῦ ἀπεστατήσαντες, εἰς ᾅδου* κατεβλήθησαν, ὃν ἔρεβος παλαιωθεὶς ἐθνικισμὸς ὠνόμασεν.	εἰς ᾅδου (sc. τόπον) — in orcum. ᾅδης*, ὁ — infernus, orcus. ἀποστατέω — descisco, deficio. Ἔρεβος, τό — Erebus, Orcus, Infernus. καθυπέρτατος — supremus, summus. καταβάλλω — dejicio, deturbo. παλαιωθείς — antiquus. πάλαισμα, τό — luctatio.
981. Qui in sua integritate permanserunt, ita perroborati sunt, ut abscedere a vero et prolabi amplius non possint.	981. Οἱ εὐσταθεῖς δ᾽ ἐν ὑπακοῇ οὕτως ἐπεῤῥώσθησαν, ὡς τοῦ καλοῦ ἀφίστασθαι οὐ δύνασθαι.	ἀφίσταμαι — abscedo, decedo. ἀφίσταμαι — ἀφίσταμαι τινός ab aliqua re. ἐπιῤῥώννυμι — confirmo, corroboro. εὐσταθής (sc. ἀνήρ), ὁ — qui firmiter permansit. τὸ καλόν — rectum, bonitas.
982. Circa thronum creatoris sui millia millium (myriades) adstantes eum venerantur, adorant, celebrant.	982. Ἀμφὶ τὸν θρόνον τοῦ κτιστοῦ πολλαὶ μυριάδες σεβόμεναι, προσκυνοῦσαι καὶ ὑμνοῦσαι αὐτόν, ἵστανται.	ἵσταμαι — sto. κτιστής, ὁ — creator, conditor. σέβομαι — veneror, colo. σωματοφύλαξ, ὁ — satelles, stipator, corporis custos. ὑμνέω — hymnis decanto, carminibus celebro.
983. Amandati obeunt mandata, legationeque functi revertuntur (reditant) quam celerrime.	983. Πεμφθέντες ἄγγελοι τὰ προσταχθέντα πράττουσι, πρεσβεύσαντες ὡς ὠκύτατα ἐπανέρχονται.	πρεσβεύω — legatione fungor. προσκυνέω — adoro, veneror.
984. Associant se jussu Dei piis jam inde a nativitate tamquam custodes, ut mala averruncent et ab insultibus Satanae eos protegant.	984. Τοῖς εὐσεβέσι, θεοῦ κελεύοντος, ἀπὸ τῆς γενήσεως ὡς φύλακες, τοῦ τὰ κακὰ ἀποτρέπειν, καὶ αὐτῶν ὑπερμαχεῖν, ἑαυτοὺς συζευγνύουσιν.	ἀποτρέπω — averto. γένεσις, ἡ — nativitas. φύλαξ, ὁ — custos.
985. Verum enim vero quod de binis cujusque geniis, bono et malo, quidam asserunt incertum est.	985. Τὸ δὲ ὑπ᾽ ἐνίων λεχθὲν περὶ δυοῖν γενεθλίων δαιμόνων, ἄδηλον.	γενέλθιος δαίμων, ὁ — genius. δαίμων, ὁ/ἡ — genius.
986. Apparent	986. Φαίνονται μὲν	ἀφανίζομαι — dispareo.

nonnunquam sed disparent rursum, non fascinando sed revera.	ἐνίοτε, ἀλλ’ ἀφανίζονται, οὐ γοητείᾳ ἀλλ’ ἀληθῶς.	γοητεία, ἡ — incantamentum, fascinatio.
987. Cacodaemones obversantes spectra vocantur; tumultuantes per noctem intempestam, lemures; famulantes, lares et penates.	987. Οἱ κακοδαίμονες ἀμφιπολοῦντες φάσματα λέγονται· μεσονυκτίου θορυβοῦντες, μορμολύκεια, ὑπηρετοῦντες ἐφέστιοι καλοῦνται.	ἀλάστορες, οἱ — lares, penates. ἀμφιπολέω — obversor, comitor, antiquitus ἀμφιπολεύω. ἐφέστιοι δαίμονες — lares, penates. ἐφέστιος — domesticus. θορυβέω — tumultuor. μεσονύκτιον, τό — nox intempesta. φάσμα, τό — spectrum.
988. Magi et necromantici cum daemonibus colludentes incantamentis suis seipsos et alios ludificantur.	988. Οἱ μάγοι νεκρομαντικοὶ τοῖς κακοδαίμοσι συζυγέντες, ταῖς ἐπῳδαῖς ἑαυτούς τε καὶ ἄλλους φρεναπατῶσι καὶ καταφαντάζουσιν.	ἐπῳδή, ἡ — incantamentum. καταπαίζω — deludo, ludificor. μάγος, ὁ — magus, incantator. νεκρομαντικός (sc. μάγος), ὁ — necromantes, is qui mortuis evocandis futura sciscitatur. φρεναπατάω — decipio.
989. Sed vae diabolo et (nisi communioni renuncient) consortibus ejus! Ad Gehennam detrudentur.	989. Οὐαὶ δὲ τῷ διαβόλῳ καὶ κοινωνοῖς αὐτοῦ, τῆς κοινωνίας ταύτης μὴ ἀποταξαμένοις. εἰς γέενναν ἀποβληθήσονται.	ἀποβάλλω — dejicio, detrudo. ἀποτάσσομαι — renuncio. Γέεννα, τό — Gehenna, Orcus, Infernus. κοινωνία, ἡ — communio, consortium. κοινωνός, ὁ — consors alicujus.
990. Vindex enim erit gloriae suae omnipotens.	990. Ἐκδικητὴς γὰρ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ὁ κύριος παντοκράτωρ ἔσται.	ἐκδικητής, ὁ — vindex.
C. CLAUSULA.	C. ΚΟΛΟΦΩΝ.	
991. Cedo sodes (age sis), quid adhuc restat? Hactenus enim tradita (absit arrogantia dicto) utcunque sum consequutus.	991. Ἄγε δὴ ὦ ἑταῖρε τί λοιπόν; ἐξέστω μοι τοῦτο ἀνεπιφθόνως εἰπεῖν, ἃ προὐθέμην κατ’ ἀρχὴν ἅπαντα διεπέρανα.	ἀνεπιφθόνως — citra invidiam. κατ' ἀρχήν — initio. διαπεραίνω — ad finem perduco, absolvo. κολοφών, ὁ — clausula; i.q. ἡ κορώνις.
992. Siccine? Hem, macte esto sedulitate ista. Restabit igitur ut per hanc januam ingressus scientarum et Latinitatis palatia vivide lustrare properes, et quae heic raptim aspexisti uberius in autoribus bonis et probatis speculeris.	992. Εἰ οὕτως ἔχει; καλῶς εὖγε τῆς ἀκριβείας καὶ φιλοπονίας. διὰ ταύτης οὖν τῆς θύρας εἰσελθών, τῶν ἐπιστημῶν καὶ τῆς γλώττης Λατίνης τὸ παλάτιον (ἀνάκτορον) προσεχῶς (προσεκτικῶς) θεῶ, προχειρῶς τε καὶ ἀμυχηδὸν ἐνθαδὶ τοῦτο θεωρήσας, περισσότερον ἐν λογογράφοις αὐθεντικοῖς τε καὶ δεδοκιμασμένοις	ἀκρίβεια, ἡ — diligentia. ἀμυχηδόν — raptim. ἀνάκτορον, τό — palatium. εἰ οὕτως ἔχει; — siccine?. ἐνθαδί — hic. ἐποφθαλμέω — inspicio. καλῶς εὖγε τῆς ἀκριβείας — macte illa diligentia. εὖγε — euge. λογογράφος (λογόγραφος), ὁ — auctor, scriptor. παλάτιον, τό — palatium. περισσότερον — uberius, amplius. προσεκτικῶς — attente. προσεχῶς — attente, studiose. προχείρως — prompte. σκέψιν πᾶσαν ποιέω — omnia

	ἐποφθάλμει, καὶ σκέψιν πᾶσαν ποίει.	contemplor. σκέψις, ἡ — contemplatio. φιλοπονία, ἡ — studium, industria.
993. Habes heic synopsin summatim et succincte complectentem, rudimenta qua theologiae, qua philosophiae. Quae quasi per periochas breves compendiario tibi definient ea quae commentatores fuse ac copiose per paraphrases in suis exegeticis enucleant. Nihil tamen tantopere necessarium omissium reor.	993. Ἔχεις ἐνθάδε σύνοψίν τινα, συντόμως καὶ βραχέως ἐν περιόδοις τισὶ συλλαμβάνουσαν τὰ προπαιδεύματα τῆς θεολογίας τε καὶ φιλοσοφίας, ἃ ἐξηγηταὶ πλατέως καὶ διεξοδικῶς παραφράζοντες ἐν ἐξηγήσεσι διασαφηνίζουσιν. οὐδὲν σπουδῆς ἄξιον ὑπολελεῖφθαι ἡγοῦμαι.	διασαφίζω — enucleo, accurate et dilucide explico. διεξοδικῶς — copiose, fuse. ἐξήγησις, ἡ — expositio. ἐξηγητής, ὁ — commentator. παραφράζω — eodem sermone eloquor, circumscribo, circumloquor. πλατέως — late, fuse. προπαίδευμα, τό — rudimentum. σπουδῆς ἄξιον — operae pretium. σπουδή, ἡ — opera. σύνοψις, ἡ — compendium. συντόμως — concise, breviter, succincte. ὑπολείπω — relinquo, omitto.
994. Auctarii loco admoneo, ut ad pietatem convertas omnia, ut Christicola orthodoxus cluas, et a fucatis fictisque pseudochristianis, qui nomine tenus tantum Christiani sunt, quam longissime absis. Sitque Christus actuum et cogitationum tuarum Cynosura et Helice.	994. Τέλος ἐπίδομα ἐπιμετρῶν, παρακαλῶ σε, πάντα πρὸς εὐσέβειαν τρέπειν, ὅπως χριστιανὸς ὀρθόδοξος, πολὺ τῶν ψευδοχριστιανῶν (ψευδωνύμως οὕτω λεγομένων), διαφέρων, γένοιο. Χριστὸς τῶν πράξεων σου καὶ ἐνθυμήσεων γνώμων ἔστω.	γνώμων, ὁ — norma, regula. ἐπίδομα, τό — auctarium, additamentum. παρακαλέω — hortor, admoneo. τρέπω — converto. Χριστός, ὁ — Christus, Servatoris nostri nomen. ψαυδωνύμως — falso, mendaci nomine. ψευδοχριστιανός, ὁ — falsus Christianus.
995. Scito enim fore propediem ut redamus rationem omnium quum venerit, ut excitet nos et judicet, ubi manifesta et occulta patefient.	995. Γνῶθι τοῦτο, ἡμᾶς ἐν βραχεῖ, λόγον τῷ δικαστῇ ἐλευσομένῳ, καὶ ἡμᾶς ἐγεροῦντι ἀποδώσειν. τότε τὰ κρυπτὰ φανερωθήσεται.	ἐν βραχεῖ — brevi. γνῶθι — scito. ἤδη — jam.
996. O beatos qui tunc eum propitium habebunt! Exultim una gaudebunt, non ambrosia et nectare (ut impie poetantur ludiones poetici) sed illius salutifera suavitate in sempiternum beandi.	996. Εὐδαίμονες οἱ ἵλαον αὐτὸν ἕξουσιν, ἀγαλλομένως αὐτῷ συγχαιρήσουσιν. οὐκ ἀμβροσίας οὐδὲ νέκταρος, ὡς ἀσεβῶς οἱ ποιηταὶ μυθολογοῦσιν, ἀλλὰ σωτηρίας αὐτοῦ χάριτος, καὶ ἀϊδίου ἡδονῆς ἀξιομακάριστοι	ἀγαλλομένως — exsultim, exsultando. ἀΐδιος — perpetuus, aeternus. ἀμβροσία, ἡ — ambrosia, cibus deorum. ἀξιομακάριστος — beatus. ἵλαος — propitius. μυθολογέω — fabulor. νέκταρ, τό — nectar, potus deorum. συγχαίρω — laetor cum aliquo. σωτήριος — salutaris.

	ἀπολαύσουσιν.	
997. Faxit miserator noster, ut heic misericordia ejus justificati in charitate (sincero illo credentium coagulo) coalescamus.	997. Ὁ ἐλεήμων θεὸς ποιείτω, ἐλέου τυγχάνοντας ἡμᾶς δικαιωθῆναι. καὶ ἐν ἀγάπῃ, τῷ ἀληθινῷ τῶν πιστευόντων δεσμῷ, ἑνωθῆναι.	ἀγάπη, ἡ — caritas, amor. δεσμός, ὁ — vinculum. δικαιόω — justum declaro. ἐλέου τυγχάνω — misericordiam sc. clementem invenio, nanciscor, habeo.
998. Tu ei confitere ac vota vove, religioseque et fervide precando penetralia aeternae mansionis penetra, ut jam nunc coelitibus annumereris.	998. Σὺ αὐτῷ ἐξομολόγησιν ποιῶν, ἐκθύμως προσεύχου, ἕως εἰς τὸ τῆς ἀϊδίου μονῆς μυχὸν (ἐνδόμυχον***) διαδύνωμεν, καὶ ἤδη νῦν τοῖς ἄνωθεν ἐναριθμηθῶμεν.	οἱ ἄνωθεν — coelites. ἄνωθεν — coelitus, e coelo. ἐκθύμως — impigre, naviter. ἐξομολόγησιν ποιέω — confiteor. ἐξομολόγησις, ἡ — confessio. μυχός, ὁ — penetrale.
999. Ave et vale.	999. Εὐτύχει καὶ ἔῤῥωσο.	ἔῤῥωσω — vale.
1000. Jehovae Zebaoth, indiviuae ac sacrosanctae Trinitati, honor sit et laus in seculae seculorum, AMEN.	1000. Τῇ ἁγιοτάτῃ καὶ ἀδιαιρέτῳ τριάδι, τιμὴ καὶ ἔπαινος εἰς αἰῶνας ἅπαντας, Ἀμήν.	ἀδιαίρετος — indivisus. αἰών, ὁ — seculum. ἀμήν — Amen, vox Hebr. ita. τριάς — trinitas, trina Dei substantia.